

Daniel Lagus Valerius Fiedler

Exercitationis Christologicae Sectio Prior De Unionis Naturarum Duarum Hypostaticae Constitutiva Quidditate

Rostochi[i]: Kilius, 1646


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738066400>

Druck Freier  Zugang



Verf.: ① J. Lagus, sectio I
② J. Lagus, sectio II

F. Anstorp. Lagus, Daniel/a
R. U. theol. 1646.
1647



EXERCITATIONIS
CHRISTOLOGICÆ

SECTIO PRIOR

DE

UNIONIS NATU-
RARUM DUARVM HYPOSTA-
TICÆ CONSTITUTIVA QUID-
DITATE,

Quam

In Celeberrimæ Rostochiensis Aca-
demix Auditorio Unicornis,

Permissu Venerandæ Facultatis Theologica,

MODERATORE

DN. JOHANNE QUISTORPIO,

S.S. Theol. Doctore, ejusdemq; Prof.

publ. Celeberrimo, Collegii Theologici Se-

nioris Graviss. Rostochiensium Superintendente

meritissimo, Patrono & Promotore suo æternum

colendo,

publicè ventilandam proponit

M. DANIEL LAGUS, Pomer,

S.Th. Candid. Philos. in Athenæo Gedanensi Prof.

Publ. Amplissimæq; Reip. Bibliothecarius

PRÆSES & Author

RESPONDENTE

VALERIO FIDLERO, Rostoch.

Ad diem 31. Decembr. hor. matut. Anno M. DC. XLVI.

ROSTOCHI, Typi NICOLAI KILII, Acad. Typogr.





Σὺν τῷ θεῷ.

THESIS I.



Nio in Christo hypostatica, est Naturarum duarum, Divinæ, per generationem æternam, à Deo patre filio communicatæ, & Humanæ, in plenitudine temporis, è virgine Maria, assumptæ, intima, per mutuam *ᾠχιώρησιν*, conjunctio, ex immenso *Φιλανθρωπίας* affectu orta, veram & realissimam inferens tum naturarum, tum proprietatum *κοινωνίαν*, ad unum constituendum *ἰφιστάδιον*, & perficienda officii mediatorii *ἰστοιλέσμεται*.

Quod pronunciatum de Deo reliquit B. Hilarius: *Hoc est Deus, quod cum dicitur, non potest dici: Cum aestimatur, non potest aestimari: cum definitur, ipse sua definitione crescit*; idem ad thema nostrum, de Hypostaticâ Naturæ Divinæ cum Humanâ Unione, applicari jure valet meritissimo. Sane uti *Simonides*, explicaturus Regi *Hieron*i, quid esset Deus, spatio prius ad cogitandum impetrato bidui, tridui, postea duplicato aliquoties numero, tandem hæc in verba erupit: *Quanto magis cogito, tanto minus intelligo, quid sit illud, quod vocamus Deum*, referente Cic. lib. 2. de nat. Deor. Ita quo plus temporis huic impendimus fidei Christianæ Capiti, altiori mentis indagine excutiendo, eò longius id ipsum, à captu nostro removetur; eoq; magis *Majestatis* ejus scrutator, ad cujus culmen, Unionis hypostaticæ interventu, humana Christi natura evedta est, *opprimitur à gloria*, Proverb. XXV. 27. Quam obrem *Mysterium* hoc *ἰμολογῶμεν μέγα* Apostolorum vocat *Coryphaeus*, I. Tim. III. 16. In quod & perspicacissimo *supramundanorum Spirituum* choro collibitum est *ᾠδὴν ἰψὴν* I. Petr. I. 12. Interim licet capere intellectus humanus, quæ nostra est *ἰπρωσία*, & comprehendere hoc tantum *Mysterium* nequeat; tamen & quantum istius è verbo revelato,

▲

ut ut

ut ut in enigmate, potest apprehendi, cum ad salutem consequendam
 & sufficiat, & necessarium summopere sit, summa nobis cura cordiq;
 semper esse debet. Nimirum ad nos quoq; spectat Salvatoris illa
 ὁραίνεσις: Ἐξ ὧν ἄτε πῶς χρᾶφάς: nobisq; dictum putemus, quod di-
 cit Ambrosius lib. 1. de voc. gent. cap. 7. *Qua DEUS occulta esse
 voluit, non sunt scrutanda. Quae autem manifesta fecit, non sunt no-
 ganda; ne in illis illicitè curiosi, & in ipsi damnabiliter inveniamur ingra-
 ti.* Proclament igitur, quantumcunq; voluerint, JCu definitiones pericu-
 losas, nullum nos à definitione tradenda, quam omnem auspiciari re-
 rum tractationem, è Philosophorum schola; Cicero jubet, si non è se-
 rie prædicamentali, quam Divina transcendunt, è literarum tamen sa-
 cratorum pandectis, erroris detinebit periculum. Ad hujus vero ante-
 quam accedamus ἀνάλυσιν, deficiu prius evolvendam se offert Ὀνομα-
 πλογία, quæ παρωνυμίαν, ὁμωνυμίαν, συνωνυμίαν ambitu suo com-
 plectitur. Παρωνυμίαν quod attinet, descendit terminus Unionis ab
 uno, quod indivisum in se, & divisum ab omni alio definiunt Metaphy-
 sici, idealem affectionum hujusmodi entis Δίσκειψιν sibi vendicantes.
 Τὸ Ὑποστατικὸν venit ab Ὑποστάσις. Quam vocem ut ab ὁμωνυμία li-
 beremus, grandi aliàs veritatis indagandæ impedimento, non eo hic ac-
 cipi sensu profiteamur, quo fides Ὑποστάσις ἐλπιζομένων, Hebr. XI, 16
 hoc est, interprete ibidem Apostolo, πρᾶγματων ἔλεγχος ἔβλε-
 πιδίων, vel χαράκτηρ τῆς Ὑποστάσεως Divinæ appellatur Christus
 Hebr. I, 3. hoc est, patri ὁμοσίος, vel quo Sophocles locum insidia-
 rum in Phoenicia vocat Ὑπόστασιν, Menander feces vini in dolio colle-
 ctas: sed phrasi ecclesiasticâ significare substantiam primam, incommu-
 nicabilem, nec partem alterius, nec ab alio sustentatam. Συνώνυμο
 Unions hypostaticæ varia sunt, ἔγραφα alia, vel è scripturis, quoad
 ἔτυμον propinquum, etuta; alia ἄγραφα, quæ veneranda Patrum ca-
 nities introduxit. Ἐγραφα: ἐνοίκησις σώματικῆ ἐ Coloss. II, 9. Sicuti
 Tob. XII. legitur traditam esse Saram σώματα καὶ κτήνη καὶ δρόμον:
 Inq; proverbio dicitur:

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν,

Εἰς πεινὴν οἶμος ἐστὶν ἐπιμετάτη.

Ἐπίληψις σπέρματος Ἀβραὰμ Hebr. II, 16. Κοινωνία σαρκός, item.

1677

μετοχή, non uti credentes evadunt μετοχοί Spiritus S. sed ὡς ἀπολα-
 σίως, ut πὰ παιδία, ibidem vers. 14. Φανέρωσις ἐν σαρκί I. Tim. III, 16.
 Vocum ecclesiasticarum variaz occurrunt, quæ partim ἀνεραμακίαι,
 partim ἔξωπρικαί. Ανεραμακίαι & Apostolicæ linguæ maxime affi-
 nes: ἐνσωρωσις, latine incarnatio, ἐνωμάτωσις, ἐνανθρωπήσις, δι-
 κονομία, παρρησία ἐν σαρκί, ἀρεα ἔνωσις. Ἐξωπρικώς & securius lo-
 cuti Patres, vel nondum ab Adversariis excitata lite, vel plus justo æstuan-
 te; ut ostenderent, non tam quid sit Unio hypostatica, quam quid non
 sit, vocarunt quandoq; illam vel συνάφειαν, ἐνδυσις, copulationem,
 confederationem, ad refellendam hæreticorum σύγχυσις & μεταβε-
 λήν; vel μίξις, κρήσις, σύγκρησις, ἔγκρησις, κατὰ κρησις, ἐνόηται
 Φυσικὴν, καὶ Φύσιν, ἐσιώδη, κατ' ἐσίαν, propter Nestorianos, conjun-
 ctionem fingentes, saltem ratione dignitatis, autoritatis, potestatis.
 Quo sensu Johannes Maxentius è Cyrillo scribit: *Si quis in Christo duas
 naturas non connectit, conventu ad unitatem naturalem, anathema sit.* Et
 Gratianus ad Didon: *Si quis in Christo non naturaliter duarum natura-
 rum unionem factam esse dixerit, sit vacuus melioris Unionis:* Eorum imi-
 tatione Hortulanorum, qui incurvum tenellæ arboris statum correc-
 turi, nimia attractione peccant in partem oppositam. Nostrarum jam
 est partium πὰ σκληρὰ μαλθακώς λέγειν; corrigere linguam, tenere
 mentem. Definitio porro ipsa conceptu constat gemino, convenien-
 tiæ & discrepantiæ. Illum suppeditat conjunctio, seu indistantium con-
 cursus. Hic (quem differentiam communiter vocant specificam, quam-
 vis, si ἀκρεβασθῆν velimus, non Specificum quid sit definitum, sed
 singulare; adeoq; singulari etiam differentiâ cæteris contradistingua-
 tur, non Specificâ) exindole relationum, exprimit subjecta, relatum
 scilicet & correlatum, fundamentum, terminum & consequens. Sub-
 jecta præbent Naturæ duæ, Divina & Humana, ὃ hic propius ad se in-
 vicem accedentes, quò majori à sese intervallo, ὡς πλῶς spectat distans;
 ut Christus & Dominus audiat Davidis, (qua divinitatē) & furculus Esa XI, 1,
 (qua humanitatem) ἸΝ ΝΟΒ Deus nobiscum, vel cum humana con-
 junctis natura. Esa. VII, 14. Fundamentum suggerit immensa Φιλα-
 θρωπίας Divinæ inclinatio: Terminum, officii mediatorii expeditio:
 Conseq. Naturarum & proprietatum realissima communicatio. Singu-
 la seorsim dispicere operæ pretium erit.

Qua Naturam igitur divinam, Christus secunda est persona Trinitatis, λόγος nempe, æterni Patris cō-
æternus & ὁμοῦσις filius.

Divinitatem Christi probatam scriptura efficit. 1. *Appellationibus* quæ in rei ipsius notitiam, si uspiam alibi, viâ nos omnium tutissimâ hic deducunt. Has vero inter in T. V. eminet *πρωτογάμματος* יהוה quod sibi soli reservatum voluit Supremū illud & Independens Numen, Exod. III, 15. VI, 3. Et XLIII, 3 ut & יְהוָה cum -. Hoc vero & Christo attribui, vel ἄνδρ' ἀλοκῆς, vel ita συμπεπλεγμένον, ut Epitheton non nisi vero Deo competat, quale Zebaoth, (alia prorsus ratione, quam cum vocatur Exod. XVII, 15. Altare à Mose exstructum יְהוָה נְסִי' aut alterum, erectum à Gideone יהוה שְׁלֹמֹה (in Symbolum collati divinitus beneficii) Ezech. iudem XLVIII, 35. Urbs cælestis, Ecclesiæ typus יהוה שְׁכֵנָה (in notam specialis præsentia divina) Collatio Oraculorum parallelorum T. V. & N. ὁφθαλμοφανερῶς evincit, Præcipua nos adduxisse satis habebimus, non res tacturi cunctas, sed rerum sola capita. Conferatur itaq;

Jerem. XXIII, 6.

יְהוָה שְׁכֵנָה

יְקָרְאוּ יְהוָה צְדָקָנוּ

Et Jerem. XXXIII, 16.

יְהוָה אֱשֶׁר יְקָרְאוּ לָהּ

(eam in famin. accommodat Vir in Hebr. Versatiss. ad Jerusalem, in quâ hujus vocationis complementum, Matth. XXIII, 37. Jerusalem, Jerusalem, quoties congregare volui filios tuos & noluisti, non eum sc. Messiam, ut pervertitur Orac. à Rab. & aliis)

1. Cor. 1, 30.

ὅς (χρῆσις) ἐγενήθη ἡμῖν σωφία ἀπὸ θεῶν, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμός καὶ ἀπολύτρωσις.

Matth. XXI, 43. 44.

Πῶς ἔν Δαβὶδ ἐν πνεύματι κύριον αὐτὸν καλεῖς λέγων. Εἶπεν ὁ Κύριος, τῷ Κυρίῳ μὲς Κάθε ἐκ δεξιῶν μὲς, ἕως ἂν θῶ τὰς ἐχθρὰς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

יְהוָה צְדָקָנוּ

Psal. CX I.

נִאֵם יְהוָה לְאַחֲרָי

שֶׁב לִימוֹנֵי עַד-אֲשֶׁר

אֵיבִיךָ חֹרֵם לְרַגְלֶיךָ

Esa.

Esa. VIII. 14.

(Jehova Zebaoth) והיה
לסקדש ולצבן נגף
ולצור מבשול. לשנו
בתו ישראל

Esa. VI. 1.

ואראה את ארנני
ושב על כסאיה

Esa. XLV. 23.

כי לי חכרע כל
ברך תשבוע כל לשון
(inquit Deus, præter quem non
est alius, v. 21. Jehova v. 19.)

Hos. 1. 7.

והושעת בבית הור
אלהיה

Esa. LIII. 7.

ולא יפתח פיו בשו
לטוב וכו
(de quo in toto cap & cujus Bra-
chium revelatum asseveratur
v. i. Jehova.)

Quinimò ipsa textus *συνάφεια* luculentissimo est argumento, non de alio verba fieri, quam de Messia. Cachinnus vero reponendus ad interpretationem Dicitur Judaicam, de illâ natione, dilaceranda inter gentes & diripienda. Is, de quo textus loquitur, non fecit iniquitatem, nec inventus est dolus in ore ejus: At Judæi quod cooperiti sunt flagitiis

Luc. 11, 34.

Ιδὲ ἔτι καὶ εἰς πᾶσιν καὶ
ἀνάσειον πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ,
καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον.

1. Pet. 11. 7.

Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδο-
μῆντες, ἔτι ἐργήθη εἰς κεφαλὴν
γωνίας, καὶ λίθον περικουμα-
τον, καὶ πέτρα σκευδαλίαν.

Joh. XI. 41

Ταῦτα εἶπεν ἠσυχίας ὅτι εἶδε τὴν
δόξαν αὐτοῦ (in quem sc. non cre-
debant, Jesu v. 37.) καὶ ἐλάλησε
περὶ αὐτοῦ.

Rom. XI V. 10:

πάντες γὰρ παρεσησάμεθα τῷ βή-
ματι τῶ χειρῶ. γέγραπται γὰρ
ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος. ὅτι ἐμοὶ
κάμψει πᾶν γένος, καὶ πᾶσαι γλώσ-
σαι ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ.

Matth. 1. 21.

Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ
ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν.

Act. VIII. 35:

Ἀνοίξας δὲ ὁ Φίλιππος τὸ στόμα
αὐτοῦ, καὶ ἀρχάμενος ἀπὸ τῆς
γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσθη
αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν.

fraudibus certe istorum & furtis enarrandis integra non sufficeret Ho-
 meri Ilias. Is, de quo textus, orabit pro peccatoribus: At Judæi quam di-
 ris in faustisq; omnibus Christianos dictum devovent Is, de quo textus,
 vulneratus est, propter iniquitates nostras: At Judæi quantas, de mansurâ
 persecutores suos Nemesis, minas jactant? Hæc εὐδελαι, ut Judæos se-
 nosse, solo hoc oraculo adductos, quo ad religionis Christianæ castra
 transirent, D. Helvicus memorat Append. 3. Elench. Juda: Oracula plura
 et si suppetant, quoniam ad alia gradus promovendus, intacta relinqui-
 mus. In T. N. nomen JEHOVAH, quod Græcis mandari literis neque-
 at, 70. Interpretes imitati Apostoli, venterunt per τὸ Κύριον. Singula
 ex integro si subjicerentur loca, in quibus nomine isto Christus insigni-
 tur, extra ripam diffuere disputatio. Videatur è Mich. V. 2. Matth. II.
 6. VIII. 2. 6. 8. IX. 18. XII. 8. XIII. 51. XIV. 28. 30. XV. 22. 25. XVI. 22.
 XVII. 4. 15. XVIII. 21. XX. 33. XXI. 3. XXIV. 42. XXV. 37. 44. XXVI. 22.
 XXVIII. 6. Act. I. 6. V. 14. VII. 59. IX. 1. 4. 5. 6. 10. 11. 15. 17. X. 36. XI. 17.
 20. 24. XV. 11. 26. XVI. 31. XIX. 15. XXI. 13. XXIII. 11. XXVIII. 31. Rom. I.
 4. 7. IV. 24. V. 11. VI. 11. 23. VII. 25. VIII. 30. X. 9. XIII. 14. XIV. 9. XV.
 6. XVI. 13. 20. I. Cor. I. 2. 7. 8. 10. V. 4. 5. VI. 11. 14. IX. 1. 2. 5. X. 21. 22.
 XI. 23. 26. 27. 29. XII. 3. 5. XV. 47. 57. XVI. 22. II. Cor. I. 3. IV. 5. 10. V.
 6. 8. &c. &c. &c. Imprimis ἀξιωματικόν, quod Christus subinde
 vocetur Κύριον ἡμῶν, qui unicus I. Cor. VIII. 6. Ephes. IV. 5. Κύριον
 Δαβιδ Psal. CX. 1. Matth. XXII. 44. Κύριον τῆς δόξης, I. Cor. 11. 8.
 uti Psal. XXIV. 8. Rex gloriæ salutatur Dominus fortis & potens, domi-
 nus potens in prælio. Ad hæc dicitur Θεός, non nuncupativè, ut Moses
 Deus constitutus super Pharaonem, ratione divini, quo fungebatur
 officij divini, qua pollebat, authoritatis, Exod. VII. 1. aut Aaronem, Ex-
 od. IV. 6. Magistratus quilibet, Psal. LX. XII. 6. Et I. Cor. VIII. 5.
 πολλοὶ λεγόμενοι θεοί, Angeli Job. XXXVIII. 7. ratione Creationis, fi-
 deles filii Dei Rom. VIII. 16. ratione Sandificationis: sed ἀληθινός. Joh.
 v. 20. [ubi relativum ὁ contra regularem syntax. ad aliud referre, quam
 proxime præcedens nomen, nulla nos cogit necessitas] Perinde ac Pa-
 ter Johan. XVII. 3. μόνον in ἀντιθέσει ad idola & creaturas, extra
 Deum subsistentes: Θεός εὐλογητὸς εἰς αἰῶνας (præcedunt enim proxi-
 me ista: εἰζῶν ὄχλους τὸ κατὰ σάρκα Rom. X. 5. æque ac Pater Rom. 1.

25. θεός

29. θεὸς μέγας Tit. II. 13. προσδεχόμενοι ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τῆ
 μεγαλῆ θεῶ, Ἰησοῦ ἁγίου. Venturus enim ad Judicium non nisi Chri-
 stus, idq; non in alienâ, sed propriâ gloriâ. βασιλεὺς βασιλέων, κύριος
 κυρίων, Apocal. XVII. 14 & XIX. 13. Cum solus potens, Rex regum
 Dominus dominantium ille perhibeatur, qui solus ἀθάνατος. 1. Tim. VI.
 15. Ad connotandum characterem hypostaticum, Christus dicitur
 ἡὸς ἰσῶ, Rom. VIII. 32. Cum nos filii Dei fiamus per ἡὸς εὐσίας Gal. IV.
 5. qui natura sumus filii iræ Ephes. II. 3. ἡὸς μονογενῆς Joh. I. 18. Non ob
 ὁμοιότητα τῆς εὐσίας cum Deo, quæ etiam magistratui competit, ut
 ut eminentioris, quia magis & minus non variant speciem: Sed ob
 ταυτότητα τῆς εὐσίας, in cuius communicatione formalis ratio gene-
 rationis consistit. Εἰκὼν τῆς Θεῶ Colof. I. 15. (non conditus ad imagi-
 nem Dei) χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως καὶ ἀπυργασμα τῆς δόξης τῆ
 πατρὸς Heb. I. 3. Quemadmodum enim primam illam mundani opi-
 ficii gratiam, deficiente Ambrosio, lucem, radiorum fulgor, tanquam
 exemplum quoddam & imago realis, uti realis ejusdem ἐνεργεία satis
 superq; ostendit, representat in diaphano: Sic ἐπύργασμα δόξης τῆ πα-
 τρὸς πατρὸς τῶν φώτων, à quo πᾶσι δόσις ἀγαθῆ καὶ πᾶν δῶρημα
 τέλειον descendit desuper. Jac. I. 17. quo audiret pacto Christus, nî eadē
 divinitas, potentia sapientia & bonitas patris in hypostasi filii exactissi-
 me refulgeret? Imo quò se altius supra creaturas quascunq; Divinæ ar-
 tollit essentia perfectio, eò majorem esse atq; intimiorem in esse
 convenientiam, quam filius Dei obtinet cum patre, illâ, quam lux natu-
 ralis cum suo alit fulgore, oportet: Atq; adeo identitate lucis & splen-
 doris naturalis saltem existente specificâ, hæc singularis prorsus erit &
 numerica. Λόγος Johan. I. 1. 4. I. Joh. I. 1. 3. 5. 7. Heb. XI. 3. Apocal.
 XIX. 13. Qui ab initio sc. apud Deum fuit, h. e. ὑπὸ πᾶσι τῶν; cum alius
 sit is, qui apud quempiam est, alius ille, apud quem aliquis est: & con-
 seq; ab utroq; λόγῳ accidentalī, quem Philosophi distinguunt in homi-
 ne, tum ἐν διαφέρεῳ, tum ἀποφαστικῶ, ita diversissimus, ut utriq; tamen
 certâ ratione simul respondeat. Illi, ratione originis, in respectu ad Pa-
 trem: Quemadmodum enim rationem anima producit humana, per
 internam emanationem. sic pater producit filium, per internam gene-
 rationem, cogitando sc. se ipsum & intellectu reflexo, per realem sui
 ima,

imaginem, semper intuendo, *Basil. sup. c. 2. Johan. Greg. Nazianz. Orat. 2. de fil. 9. Et Luth. in c. 11 Gen. Verbum increatum est divina cogitatio manens in Deo, & idem cum Deo.* Huic ratione fundionis, in respectu ad homines: Ut enim Oratio interpres est, & internuntius mentis, *ἀμβολον τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων Arift. 1. de Interp. Διακριτικὸν δὴ λῶμα, μίμημα πράγματος, Plato in Cratylo, notionum nota Scalig. exerc. 2. Sic absconditum à seculis Evangelium Rom. XVI. 25. Ἀνεξέρχυνται καὶ ἀνεξίχνιασε divinæ voluntatis decreta, de promovenda hominum salute, nobis patefecit filius. Deum nemo vidit unquam: Unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit. Job. 1. 18. Cum πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως olim Deus locutus esset Patribus in Prophetiâ, novissimè autem diebus locutus est nobis in filio, quem constituit in heredem universorum Hebr. I. 1. & 2. Eleganter B. August. lib. de fid. & Symb. c. 3. Verbum patris ideo dictum, quia per ipsum innotescit pater. Sicut ergo verbis nostris id agimus, cum verbum loquimur, ut noster animus innotescat audienti, & quicquid secreti in corde gerimus, per signa huiusmodi ad alterius cognitionem proferatur: Sic illa sapientia quam Deus Pater genuit, quoniam per ipsum innotescit signum secretissimi Patris, verbum ejus convenientissimè nominas *Eccl. II. Proprietatibus*, ut sunt aterni-
145, juxta *Psal. II. 7 Filius meus Tu, דָּוִד* [h. e. ab aeterno, cum apud Deum perpetuum τὸ ὄν infinita arguat duratio, partium omnium temporis Physici, præteriti & futuri, expers. Vnde Jacob. I. negatur apud Deum esse *παρολλαγήν ἢ τροπὴν ἀποστίασμα v. 17. Et Psal. XC. 4. Mille anni ante oculos ejus comparantur cum die hesternâ, quæ præterit] אַרְבָּעֵי. Si obicias accommodari verba hæc ad resurrectionem Christi è mortuis. Act. XIII. 33. & ascensionem in Cælos. Heb. V. 5. Resp. pro nobis Apostolus Rom. I. 4. Christus ὁμοθεὸς (declaratus, manifestatus) filius Dei in virtute, secundum Spiritum Sanctificationis, ex resurrectione mortuorum. Non raro enim tum aliquid in scripturis fieri dicitur, quando factum esse intelligitur & manifestatur. Mich. V, 1. 2. 3. Exitus ejus יָצָא (quales sc. *πεσοκερμενον* patitur, ab omnium hunc imperfectione, juxta regulam: *Δέχεται ταῦτα ἀνθρώπου τοῦ δῶς ἀλλ' ἐνοεῖται θεοπετώως*) *עָלָה* quibus verbis ἀναμφοιβητήτως aternitatem Dei designat, Pl. XC. 2. priusquam montes fierent aut formaretur terra & orbis, à seculo & usq; in seculum tu es Deus. Et proverb. VIII, 22. Sapi.**

Sapientia inquit Dei ὁπαρασκευασθη: Dominus ἐκτισε (Hebraice יצא
 non ἐκτισε, creavit) possedit me in initio viarum suarum, antequam
 quicquam faceret à principio suo. At Sapientia nobis à Deo factus est
 Christus I. Cor. I. 30. Esa. IX. 6. Puer nobis natus nuncupatur pater Ho-
 lam eternitatis (ex indole sermonis sacri) seu æternus. Sic Joh I. 1. ἐν ἀρχῇ
 ἦν ὁ λόγος &c. Ubi ἀρχὴν intelligi de solius præconio Evangelii,
 non ipsius rerum omnium creationis consequentia verant v. 3. ἡ αὐτὸς
 αὐτὸς ἐγένετο ἀδὲ ἐν ὁ γέγονεν. Neq; enim solius ortum Evangelii, sed
 ipsam simul personam μεσὶτα καὶ ἰκέτα nostri describere, animo secum
 constitutum & obfirmatum D. Johannes tenuit, occasionem scripti
 ex Ebionis & Cetinthi pravitate hæreticâ nactus. Ut nulla suppullulara
 debeat herbula dubii, quin digitum ad historiam creationis Mosaicam
 intenderit, quâ cum in eadem ferè verba concurrat. Nervosè, ut solet,
 Lutherus HEROS de noviss. verbis Davidis p. 150. Wolan S. Johan-
 nes sahet sein Evangelium also an; Im Anfang war das Wort /c. Dis-
 sind S. Johannis oder vielmehr des H. Geistes Rede / der alle Ding le-
 bendig macht / nu laß sehen / ob er Moses hiemit finden vnd von Todten
 aufferwecken könne. Denn Moses höret sehr leise / vnd kompt frey daher
 vnd spricht / Nie bin ich / denn eben wie du Johannes vom Wort redest / so
 hab ich auch geredt / vnd rede noch also / vnd du nimmst mir die Wort aus
 meinem Munde. Denn also hab ich auch geschrieben / im anfang meines
 Buches / vom anfang der Creatur / Gott sprach / Es werde licht / vnd es
 ward licht / Gott sprach / Es werde fäste /c. Die stimmet Mose mit Jo-
 hanne überein / daß im anfang der Creatur ein Wort sey gewest / durch
 welches Gott alles gesprochen / das ist / geschaffen vnd gemacht hat. Vnd
 Mose lisber oder stammelt hie nicht / sind auch nicht tuncel / vngewisse
 Rede / die Grammatica ist auch gewiß / daß / wo ein Sprecher ist / da ist ein
 λόγος, Wort oder Rede. Quo circa Colos. I. 15. Christus dicitur πρῶ-
 τόν τετον (inon πρῶτον τισος) πρώτης κτισεως (non ἐκ τῆς κτισεως, ut
 πρῶτον τετον ἐκ νεκρῶν verl. 18. è quorum est numero) h. e. ante omnes
 creaturas, quia creata cuncta per ipsum facta sunt. Johan. 1. 3 Et Johan.
 VIII. 18 Salvator affirmat se fuisse πρὸ τῆς ἀβραάμ γενέσθαι, Joh XVII,
 5. se gloriam habuisse apud Patrem πρὸ τῆς τὸν κόσμον εἶναι Apocal I. 8;
 ait; Ἐγὼ εἰμι Α καὶ Ω, ὁ ἄν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος. Religiosa adora-

B

hilisat

ditata, ut soli in solidum Deo competens. Deut. VI, 13. Matth. IV, 12.
Apocal. XIX, 10. & XXII, 9. Sic luculentissime vindicata Christo Hebr. 1, 6.
ὡς ἡσυχουῦσά τω πῶν αὐτῷ πῶντες ἄγγελοι θεῶν. Conf. Psal. XXII, 27. 45.
12. 97. 7. 72. 11. Matth. XV. 22. & XX. 30. Luc. XXIV. 52. Act. VII. 59. A-
pocal. V. 12. Luc. XVII. 5. Ac inde est, quod ipa omnium ferè Epistolarum
frontispicio Paulus precetur gratiam & pacem (inter summa votorum
fastigia reponendam) à Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo.
Omniscientia. Matth. IX. 2. perspectam tenet non fidem duntaxat tum
Paralytici, tum bajulorum, ut exaudiat: Verum etiam *πνευματικῶν* cogita-
tionum, quas secum agitabant Scribæ, ut redarguat. Novit quid sit in
homine. Johan. II. 25. Scrutatur corda & renes. Apocal. II. 23. Atqui
καρδιωγράως iterum Deus est solus. 1. Reg. VIII. 39. Jer. XI. 20. XVII. 10.
Unde Petrus Joh. XXI, 17. *Domine tu omnia nosti. Omnipotentia*, quâ
de dilucidissima est Salvatoris assertio Apocal. I, 8. *Εγὼ εἰμι ὁ κύριος*
ὁ παντοκράτωρ; nec obscurior Esa. IX. 6. *Parvulus natus est nobis, & fi-*
lius datus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus, & vocabi-
tur nomen ejus, admirabilis, consiliarius, רִבֵּל לֵךְ pater saeculi,
princeps pacis. Etsi autem numerum inire tum Oraculorum plurium,
tum aliarum Affectionum Divinarum, quæ Christo in scripturis, partim
διαρρήδην, partim *καὶ τὴν διάνοιαν*, attribuantur, admodum liceret pro-
lixum; verbum tamen non amplius addimus, præter illud Verbi Magni
Johan. XVI. 15. *Omnia, quaecumq; habet Pater, mea sunt*, utpote cui Chri-
stus *ὁμοῦσι* Johan. X, 30. & XIV. 9. III. *Operationibus. Univer-*
sali verum omnium Creatione. Πάντα δι' αὐτῶν ἐγένετο ait Johan. I, vers. 3.
Utiq; in fumum abiret Adversariorum *κυνέβια*, Creationem intelligi se-
cundam h. e. renovationem hominum ac regenerationem, per præco-
nium Evangelii, ut II. Cor. V. 17. *id est γέγονε πάντα καινά*, mox addit
χωρὶς αὐτῶν ἐγένετο ἔδ' ἐν ὃ γέγονεν. Ad stipulatur Paulus Col I, 6. *Ὅτι ἐν*
αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς ἑρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὄρα-
τὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε δεχαί, εἴτε ἐξουσίαι.
Creatorum conservatione Hebr. I, 3. *Portans omnia verbo virtutis sue*
Joh. V. 17. *Pater meus ἕως ἄρτι operatur & ego operor.* Non instar Cau-
sæ instrumentalis, sed *ὁμοίως* ac Pater vers. 9. Ad quem tamen ceu fon-
tem Deitatis, non minus *ἐνεργείας*, quàm *ἐξουσίας, κοινωνίαν ἀδιαίρετον*
resere

refert v. 19. *Eorundem per effectus miraculosos immutatione.* In epitomen istos redegit Salvator Matth. XI, 4. *Euntes renunciate Johanni, quæ audistis & vidistis, cæci vident, claudî ambulat, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Evangelizantur.* Edidit vero *Ἰωάννης ἰδίᾳ*, adeo ut in nomine ejus, alii quoq; similia præstiterint. Act. III. 6. Ipse vivificavit *ὁ θεός*, Joh. V. 21 *Hominum redemptione.* Act. XX. 28. *Deum acquisivit sanguine suo* (quo pater & Sp. S. careat, solus in Trinitate constat Christus) *Ecclesiam* I. Cor. VI, 20. *Empti estis πικρῆς, sanguine scil. ἀμῶν ἀμώμων* Christi I. Pet. I, 19. At Jehova noster est *יהוה* Esa. XLV, 17. XLIX, 7. LIX. 16. cum Psal. XLIX. 8. *Vir non redimat redimendo fratrem.* Non enim perficitur redemptio, absq; expiato peccato, pacato placatoq; Deo, destructo inferno, superato diabolo. Quæ singula Infinitam requirere & vere Divinam virtutem constat. Quapropter uti Pater frequentius nomine insigniter Dei, filium *ὡς Ἰηὺ τῶν αἰῶνων* Scriptura vocat Dominum; licet tantum absit, ut Divinitatem Christi uspiam neget, ut validissime illam sæpenumero demonstrat. *Spiritus S. missione.* Johan. XVI, 7. *Ἐὰν δὲ ποῦσθῃ, πέμψω αὐτὸν (τὸ Ἅγιον Πνεῦμα) πρὸς ὑμᾶς.* Et quæ sunt ejusdem census alia. Concludat proinde, & pede Scripturæ ac verbi veritate, insectum illud animalculum (vox est Eriphanij) *Phorinum*, novas hodie vires recolligentem, proterat & conculcet Syllogismus hic generalis:

Cuiusq; competunt Summi ac Independentis Dei nomina, attributa & opera, i pro summo etiam ac independente Deo agnoscendus est.

Christo competunt Summi ac Independentis Dei nomina, attributa & opera.

E. Christus etiam pro Summo & Independente Deo agnoscendus est.

III.

ET si vero ob ὁμοσιαν terminum *Unionis à quo*, tota præbeat indivisa S. S. Trinitas; pro termino tamen *in quem* non est Deitas absolute spectata, sed certo determinata λόγος caractere hypostatico.

Gleich dem ist zu reden von der Menschheit Christi / die ist an sich selbst eine rechte Creatur / geschafften zugleich vom Vater / Sohn vnd heil. Geist / vnd ist nicht zu leiden im Glauben / daß der Vater allein / oder der Sohn allein / oder der h. Geist allein / diese Creatur oder Menschheit geschafften habe / sondern ist ein opus indivisum Trinitatis, ein Werk / welches

alle drey Personen als ein einiger Gott vnd Scheffer einerley Wercks/
 geschaffen hat. Hieraus sifestu / wie die drey göttlichen Personen vnter-
 schiedlich inwendig der Gottheit zu gläuben / vnd nicht in eine Person zu
 mengen sind / vnd doch das göttliche einige Wesen nicht zu trennen / oder
 drey Götter zu machen / &c. Inquit Megalandet *Lutherus* Tom. ult. de
 ult. verb. David. p. 152. Eant nunc Divicola Romuli nepotes, & *Luthe-*
rum ὁμοσίων rejecisse blaterent. Audiamus illa, in quæ ita invehun-
 tur, verba. Quod si odit anima mea ὁμοσίων, & nolim eo uti, non ero *hæ-*
reticus. Quis enim me cogat uti, modo rem teneam, quæ in Concilio per
Scripturas definita est. En egregios disputatores, qui rigidi adeo & acres termi-
 ni hujus hyperaspistæ, inter Pontificios, videri cupiunt, dicam scribere
 tuo Erasmo valent. Hic enim disertè inquit, se, si Concilio interfuisset
Nicensi, authorem extitutum fuisse, ut aboleretur potius memoria illius vo-
 cabuli, quàm tanta turba, quæ etiam imperia mundi involverent, excita-
 rentur. Cæterum opponimus thesin nostram *Praxeanis*, *Sabellianis*,
Noestianis, *Patripassianis*, qui confuso temerè hypostatico S. S. Trinitatis
 discrimine, ipsum quoq; Patrem incarnatum fuisse ac cruci affixum de-
 silarunt. Supponimus autem ea partim dictorum fulcimenta, quæ Pa-
 trem & filium, ceu ἄλλον καὶ ἄλλον, credendum nobis proponunt; par-
 tim illa, quibus incarnatio apertè non nisi ad filium restringitur. Prius
 manifestissimum evadit, tum è baptismo Christi, ubi suam Pater *πά-*
τερων patefecit sonora testificatione: Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός;
 filius baptismatis susceptione: Sp. S. visibili in columbæ forma descen-
 sione. Matth. III, 16. 17. Marc. I, 10. Luc. III, 22. Johan I, 22. tum ex insti-
 tutione baptismi nostri: βαπτίζοντες αὐτὸς εἰς τὸ ὄνομα τῆς
 πατρὸς, καὶ τῆς υἱῆς, καὶ τῆς ἁγίας πνεύματος, Matth. XXVIII, 19. Marc.
 XVI, 15. ubi ineptam fingere ταυτολογίαν nefas esto. Posterius compro-
 bat ipsum vocabulum τῆς λέξεως. Ille nimirum Λόγος incarnatus est Jo-
 han I, 14. qui ab inito fuit apud Patrem verl. i. & conseq. essentia di-
 vine certum gerit superadditum characterem hypostaticum, per quem
 à Patre discernatur. Hinc Angelus, postquam superventurum Mariam
 Spiritum S. & obumbraturam virtutem, plussimi prædixisset Luc. i. 35.
 mox addit: Sanctum, quod ex te nasceretur, vocabitur υἱὸς θεῶν. Et Paulus
 Gal. IV, 4. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Iov υἱὸν αὐτοῦ factum

Neotianum redarguant errorem, incarnationem non ad solum factem
 spectare filium, sed ad solam quoq; filii ὑπόστασιν futili subtilitate dispu-
 tare coeperunt Scholastici, fidem facientes versiculo: Incidit in Scyllam,
 qui vult vitare Charybdin; quibus tamen adstipulatur *Beza* part. 1.
 resp. ad colloq. Momp. p. 183. Et *Danæus* in exam. cont. Chemnit. p. 81.
 Annon enim ὑπόστασις ἐστὶν intimè includit, cum τὸ μέτεχον μεθεκτόν;
 Annon λόγος, præter ὑπόστασιν, ἐστὶν divinam connotat? Annon qui
 solam in Christo ὑπόστασιν Divinam relinquit, essentiâ sublatâ, Christum
 in ψιλὸν ἀνθρώπων convertit: nos beneficio, ex incarnatione λόγος ad
 genus humanum redundante, orbat? Quod sane quò sublimiori æsti-
 mandum pretio, eò majori curâ & industriâ ὑποτύπωσιν ὑγιαίνοντων
 λόγων tueri tenemur. Arguantur tamen:

*Quicquid filio est cum Patre & Spiritu Sancto commune, juncti ad
 incarnari filius nequivit.*

Essentia Divina filio est cum Patre communis. Ergo.

Resp. è theorem. præcedent. Distinguendum est inter essentiâ Divi-
 nam consideratam ἀπλῶς & χετικῶς, prout certo ὑπὸ ἀξίως ἑσώπων
 determinatur. Illo si sumatur modo, largimur rotum. Sin hoc, falsa mi-
 nor. Tribus verbis; res omnis ita se habet; πρώτως καὶ ἀμέσως suscepit
 humanitatem Λόγος ὑπόστασις, quando pro dispositione superioris prin-
 cipii, propriam impedivit ὑπόστασιν carnis; ἐπομένως καὶ ἐμμέσως ἐστὶν,
 quæ ab ὑπόστασις separari nunquam potest.

V.

Quà naturam Humanam, natus itidem Christus est
 per miraculosam Spiritus Sancti obumbrationem,
 verus & naturalis filius hominis. è virgine Mariâ.

Veritatem Naturæ Christi Humanæ identidem demonstramus, I. *Hu-
 manis nominibus.* Qualia quidem Christo imponi, cum vocatur *Παύ-
 λος* Jer. XXIII. 5. & XXXIII. 15. Zach. III. 8. & VI. 12. *דָּוִד בֶּן נֶחֱמִי* *Da-
 vid.* Esa. XI. 1. Davidis *דָּוִד בֶּן נֶחֱמִי* Psal. 132. 11. *καρπὸς τῆς ὀσφύος*
David. Actor. II. 13. *עֲרֵי* *Mulier.* Genes. III. 15. *Abraha* Genes.
 XXII. 18. Galat. III. 16. *Isaaci* Esa. XCVI. 4. *Jacobi* Genes.
 XXVIII. 14. *Davidis* II. Sam. VII. 12. *Surculus Davidis* Esa. XI. 1.
πρωτότοκος *Mariæ,* Matth. 1. 25. *Filius Abrahae & Davidis* Matth. 1. I.

Filius

Filium hominū passim, Cujus tanta est *ἀπώροια* *διεσπιδος* ut non animā
 vertat, tanta animi preposteritas, ut manibus ambabus non concedat
 Johannes in vestibulo Evangelii utitur vocabulo *σπερδος*, per Synecdo-
 chen part. pro toto, non minus scripturæ familiarem (v. g. Gen. VI. 12.
Omnī caro corruerat viam suam super terram Joel. II. 28. *Effundam de*
Spiritu meo super omnem carnem. Esa. XL. 6. *Omnī caro sanum & omnī*
gloria ejus quasi flos agri; quo Evangelista potissimum respexisse vide-
 tur, fragilitatem eam designaturus, quam unā cum humanitate Salvator
 suscipere sustinuit) atq; cum pro homine ponitur anima. Gen.
 XXXVIII. Num. XXII. &c. II. *Affectionibus & Effectibus*, tum essen-
 tialibus, quæ constitutionem naturæ humanæ ita consequuntur (D. D.
 Brochm ut Philosophica hæc obiter, salvā viri auctoritate, inspergam,
 Syst. Theol. p. 728. *ad Constitutionem*, inquit, *natura humana concurre-*
runt, phrasi minus commodā, siquidem propria quælibet ad secundum
 naturæ momentum pertinent; non ingrediuntur *ούρασι* subjecti, sed ex
 essentiā ejus fluunt, quā etiam ordine naturæ sunt posteriora) ut ab-
 esse ab illā nunquam & nusquam possint: *intellectu*, Luc. II. 4. *Voluntate*
 Joh. V. 30. *respectu animæ: Quantitate, localitate, successiva mobilitate*
palpabilitate, visibilitate, Johan. XX. 27. Luc. XXIV. 30. 1. Johan. 1. 1.
respectu corporis: Tum *accidentalibus*, quæ adesse & abesse possunt, sine
 naturæ interitu (nonnulli cum Scholasticis proprietates vocant acciden-
 tarias contradictoriē, eum accidens prædicabile proprio opponatur)
 ut sunt *habituales qualitates*, quibus Adamus refulsit ante lapsum, *sa-*
pientia mentū, Luc. II. 40. *Sanctitas voluntatū* I. Pet. I. 19. Luc. I. 35.
Naturales infirmitates quibus ætatem posteram Adami involvit lapsus,
inedia Matth. IV. 2. *fitū* Johan. IV. 6. *lasiitudo* Matth. VII. 20:
 (*somnum* cujus ibidem vers. 24. adiicitur mentio, huc ita retule-
 rim, cum adhuc sub judice lis agitur, annon & in statu innocen-
 tiæ homo ei indulsurus fuisset: ut etiam adduci possit, ceu aliquod
 corporis sensitivi *ιδιον πικρῶ*) *fletus* Luc. XIX. 41. *Moror*. Matth. XXVI.
 28. Ut Pontificem nostrum mutuo *συνορα* *δέσας* affectu afficerent infir-
 mitates nostræ, *tentatum similiter in omnibus absq; peccato*. Heb. II. 17.
 & Heb. IV. 15. Admiratio mentem subit, quā factum, ut inter seculi sui
Φωσφῆας non postremus, *Hilarius*, in errorem tam grandem, tamq; ad-
 versā fronte literis sacris repugnantem inciderit, ut carnem Christi atro-
 cissi-

cillimas quasq; passiones ac dilacerationes, absq; ullo subivisse doloris sensu docuerit lib. 9 de Trin: Imitatione ignis, omnem citra noxam, transmittentis telum, & igniti ferri, nullam admittentis rubiginem. Quibus è cineribus seculo postea 6. *Αφ' ἑαυτοῦ κινήται*, Duce & Daducho *Juliano Halicarnasso*, facem hæreseos accenderunt. *Niceph.* lib. 12. *Hist. Eccles.* c. 29. Obijciunt *inculpatam* corporis Dominici *sanctitatem & summam Unionis dignitatem*. Sed neutra aliquid probat amplius, quàm immunitatem plenariam ab ægrotudinibus, ut loquuntur Scholastici, *individualibus*, h. e. iis, quæ à causis internis, propria individui cujusq; conditione ac humorum *ἀνεργία* oriuntur, Phisicis, puta, febrim, lepram, podagram, Cephalalgiam, odontalgiam; non ab illis, *quas naturales* vocant & *Specificas*, quod obnoxiam iis cervicem specifica reddat naturæ, peccato jam originali corruptæ, communio, perfectæ etiam, tum partium solidarum conformationi, tum humorum dispositioni extrinsecus accedentes, necessitate saltem nobis hodie inevitabili. Cujus tamen defectus neutiquam obstitit, quo minus se Christus infirmitatibus istis ultroneâ voluntate subijceret. Si fidem nihil mereretur de Christo, quam quod necessitas exigit, pernegandum foret universum incarnationis nostræ; redemptionis opus. *Hos omnes motus certe dispensationis gratia, ita cum voluit Christus suscipere animo humano, ut cum voluit factus est homo*, inquit August. lib. 14. decivit. Dei c. 9. Suscepit autem 1. propter pretium nostræ salutis. 2. Propter exemplum virtutis. 3. Propter fulcimentum nostræ fragilitatis, in anima rationali, ad credendum vera, in irascibili, ad sperandum ardua, in concupiscibili, ad amandum bona. *Bonavens.* in lib. 3. Sen. dist. 15.

VI,

Quia natus homo, corpus ipsius humanum, verum esse ac reale, non phantasticum, oportet.

Alienum *Manichæi, Marcionitæ & Cerdoniani* ab ejus videtur eminentiâ, cujus se alloquio indignum judicavit Abrahamus Gen. X V I I I. 27. qui ἐνώσει ὑποστει τικῆ ne Angelicam quidem naturam dignatus est, quem laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, ad nostri se corporis vilitatem abiicere, ejusq; miserimas induere exuvias. Quare Christum, in diebus carnis, res gestas non minus expedivisse, κατὰ δόξαν καὶ φωνασίαν arbitrantur, atq; Angeli ad demandatum sibi

sibi munus executioni tradendum, spectrum quandoq; verè humanum corpus nunquam, circumferre consueverunt; Christus etiam patibus T. V. non semel apparuit. Quibus respondemus cum symbolo Niceno: *Christum propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de Caelis, & incarnatus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine, & homo factus est;* sc. non conditionis necessitate, vel dignitate nostra: sed meræ commiserationis ductu, ex Epist. Philip II. 6. *Ὁς ἐν μορφῇ Θεῆ ὑπάρχων, ἔχ' ἀρπαγμὸν ἠγάπησεν τὸ εἶναι ἴσθι Θεῶ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφῆν δέλα λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ χῆματι ἐυρεθεὶς ὡς ἀνθρώπος.* Sed arripiunt hoc ipsum adversarii, & contra Orthodoxos ita retorquent:

Quicumq; χῆμα pra se tulit corporis humani, is humanum corpus verè

Christus χῆμα pra se tulit corporis humani. E. (non assumpsit.

Quid respondendum? Remittantur hi λογέματα, ad totam textus συνέχειαν, & vanitas σαφισματῶ in aprico ponetur. Suasurus Philip. suis Apostolus humilitatis culturam, revocat illis sub oculorum contuitum, vivum illud omnigenæ virtutis Christiano dignæ exemplar, Christum ipsum, utq; ad ejus normam vitæ rationes componant, non cristis erectis, sublato supercilio, alta sapiant, alios despectui ducant: sed efferenti sese ambitioni fræna iniiciant, & proximo promptam officiorum rationem probent, seriò exhortatur. At quâ Suadâ hoc efficeret, si Christus obedientiæ ac humilitatis inani effigie oculos hominum elusisset? Quo loco habenda restaret mors Christi & passio, necstra redemptio, si χῆμα δόκησιν duntaxat hanc ille peperisset, nos φαινομένως redempti, ὄντως in æternæ calamitatis abysson relinqueremur? Unde simul liquet immensum discrimen, inter priscas apparitiones tum Christi, tum Angelorum; & secutam deinde τῆς λόγῃ incarnationem. Cum ergo major loquatur de nudo schemate, in minori intelligitur Schematale, quod cum rei veritate conjunctum est, externa vid. ac familiaris cum mortalibus conversatio. Quomodo Rom. XII, 2. prohibemur συχηματίζεσθαι τῷ αἰῶνι τῶτῳ. Et Phil. III, 2. de Christo dicitur, quod corpus humilitatis nostræ μεταχηματίσθαι, ut simile fiat corpori suo glorioso, posteaquam condescendit nobiscum ἐν ἀοθενείᾳ, ut nos confurgeremus ἐν δόξᾳ. Atq; has propter infirmitates, peccatorum fru-

C

ctus,

ctus, iræ divinæ vibices & cicatrices, factus perhibetur ἐν ὁμοιωματι οὐρανὸς ἀμαρτίας. Rom. VIII, 3. Quarum molem ab humanitate suâ quamvis amoliri universam nullo negotio potuisset, æquè ac in statu integritatis extra omnem calamitatis aleam constitutus fuit Adamus; ἐκείστας tamen ab humeris nostris in suos recepit, ac si suo sibi jumento cladem omnem attraxisset. Quibus ista nondum satisfaciunt, accedant Salvatore[m] ipsum, conspiciendum se ac palpandū offerentē, Lu. XXIV, 19.

VII.

Quia natus è virgine, fallunt pariter & falluntur, qui sydereum Salvatoris corpus, vel à Spiritu S. immediatè creatum, vanà sibi cogitatione fingunt.

Concessã realitate cõrporis Dominici, ἁμοροσίαν cum Naturã nostrã infestant, idq; vel Sydereũ commenti sunt, & cælitus utero Mariæ virginis illapsum, vel è nihilo à Sp. S. creatum, *Valentiniani, Anabaptistæ* in colloq. Embd. & *Sociani Smal.* resp. ad secund. part. Smi: Colorem commento obducere iis locis satagunt, ubi Christus dicitur μεταβαλεῖν de cœlo, Johan. III, 13. & VI, 51. γεννηθεῖς ἐν αὐτῇ (Maria,) Matth. I, 20. (quasi hospes sc. cum carne aliunde huc illatã, & instar aquæ, per canallem ita transeuntis, ut nihil de substantiã vel plumbeæ fistulæ vel lignæ assumat; in lucem editã) *Homo de Cælo* I. Cor. XV. Addunt matrem & fratres Christum secundum carnem non agnoscere Matth. XII. 47. Utpote qui sit ἀμῆτωρ καὶ ἀπῆτωρ, Heb. VII, 3. Sed neq; hæc μέθοδος tam acutum disputatorem desiderat, quàm attentum lectorem. Perfacile est ad deprehendendam imposturam, si penitus paulo attendamus, quid Scripturæ sit ἢ ascendere & descendere, quando de Deo prædicatur. Quia igitur immensitate suã Deus omnia implet, nullibi inclusus, nullibi exclusus, III. Reg. VIII. 27. Jer. XXIII. 23. & 24. fieri non potest, ut locum loco propriè mutet, ac humano more, spatium aliud accedendo acquirat, aliud recedendo deferat. Eò proinde per Ἀναβωμηνάειαν descendit, ubi præsentiam suã Speciali quodam opere manifestat. Sic Deus justissimã descendebat irã, ad confundendam eorum linguam, quos gigantæa cælumq; petens audacia, monstroso Babilonicæ turris molimini accinxerat, Gen. XI, 7. Ad solemnem promulgationem legis Exod. XIX, 1. & 18. Sic Spiritus S. largã descendebat gratiã

Hiero.

Hierosolymis. super magnalium Divinorum ebuccinatores, Apostolos,
 A&C. II, 3. Et ad Jordanem super verbi ministerio jam iniciandum Chri-
 stum Matth. III, 16. Sic descendit de coelo filius Dei, non corpus in ter-
 ram secum devehendo: sed evehendum in coelos in terris assumendo,
 seq; in assumpto corpore patefaciendo. I Tim. III, 16. Homo autem &
 Dominus de Coelo (supposito concreto naturæ pro persona) ideò
 Christus celebratur, quod gloriam ibi suam quammaximè declaret.
 Ἀμήτωρ, qua generationem æternam, ἀπίτωρ qua temporalem. Ob-
 jectionem è Matth. I, 20. Natum esse Christum in Marià, sat diluit in-
 spectio vers. 16. cap. ejusdem ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς; Collatio Rom. I, 3.
 Qui natus est ἐκ σαρκὸς & David. secundum carnem, & Rom. IX, 5.
 ὡν οἱ πατέρες; ἐξ ὧν Chr. Matth. XII Matrem & fratres, (consanguineos
 juxta idioma Hebræum) naturales saltem postponi Spiritualibus, tan-
 quam acceptioribus, abundè textus indicat. Conceptum itaq; à Spirit.
 Sancti. Dominicum fuit corpus non immediatè vel πνευματικῶς, sed
 θεμιουργικῶς, è sanctificata mafsà virginis Mariæ, juxta vaticinia Esa.
 VII. 14. Propter hæc dabit Dominus ipse vobis signum (non πνευματικόν,
 sed ἀναμνηστικόν, quale erat eductionis populi signum, immolatio
 in monte Exod. III, 12.) Ecce ΠΩΛΥ ἄρα. ΠΩΛΥ Occultavit, illibata &
 more apud antiquos receptissimo à consuetudine conjugiali abscondi-
 ta virgo, qualis Mirjam I. Exod. II, 8. & Rebecca, Gen. XXIV. 45. quam
 Propheta accessit, ut Propheta, h. e. in visione) concipiet & pariet filium
 & vocabitur nomen ejus Immanuel Jer. XXXI. 22. Creabit Dominus novum
 super terram, mulier circumdabit virum. Lev. XII, 2. Mulier si suscepto se-
 mine (poterit ergo quædam parere semine non suscepto) pepererit
 masculum, immunda eris 7. diebus juxta dies &c. Quid autem causæ sub-
 est, quod è virgine nasci Salvator voluerit? Ordinario qui nascimur mo-
 do, è mare ac foemina, peccati contagione inficimur omnes, Psal. LI, 7.
 Job. XIV, 4. Joh. III, 6. At Pontificem nostrum decebat esse κεχωρι-
 σμένον ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὅσιον, ἄκακον, ἀμίαντον, Hebr. VII. 26.
 Ἄσπιλον καὶ ἄμωμον, I. Pet. I, 19. Peccati nullius reum Joh. VIII, 46.
 In cujus ore fraus nulla inventa esset, Esa. LIII. 9. Qui expiationis nul-
 lius, pro peccatis suis, indigus, expiationem peccatorum nostrorum faceres
 per se ipsum Hebr. I, 3. Extra ordinem igitur cum sine mare & foemina,
 quondam in auras vitales prodijisset Adamus, è mare sine foemina Eva,

restabat modus tertius, è foeminâ nascendi sine mare, quem, in singulari sapientiæ suæ ac potentiæ tesseram, sibi reservandam ipse filius Dei censuit. Virgo enim peccatum introduxerat, virginem etiam eum parere, qui peccatum tolleret, decebat, ut lapsui responderet reparatio. Præclare *Tertull.* lib. de Car. Christi. *In virginem introducendum erat Dei verbum, exstructorium vite, ut quod per huiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum rediret in salutem.* *Chrysost.* de annunciat. *Agit cum Mariâ Angelus de salute, quia cum Eva Angelus egerat de ruina.* Fanaticum *Syvenckfeldii* somniû, carnem Christi è semine Paris cœlestis formatum fuisse, Part. I. & 3. Conf. Mag. Ut & *Paradoxologi* insignis, seculi 3. *Νοητικῆ* auspici admodum *ἀνοήτου*, *Weigelii*, Corpus Christi esse duplex, cœleste aliud, è Spiritu S., ostensum in mente Thabor, aliud terrestre & caducum, è Mariâ, vel recitare est refutare. Errorem *Flacii Illyrici*, viri, si hinc abeas, longè eruditissimi, quem scripta utilissima, maximaq; quibus erga ecclesiam fulget, merita immortalitati consecrant, humanitatem Christi, ob immunitatem à peccato, Specie statuente diversam à nostrâ, non possumus quin luctu & gemitu prosequamur. Postquam enim peccatum originis pro ipsâ vendidisset hominis substantiâ, scripturâq; testimoniis, de omnimodâ sanctitate humanitatis Christi, nostræ cœessentialis, undiq; constricto, nulla elabendi rima apparet, eò confugit, ut identitatem specificam Carnis Christi cum nostrâ *δοσιτόμως* negarit. Adeò veritati consonat Aristorelicum illud: *Ἐνός ἀπίπυ δόθεν* & *Ἰ ἀλλὰ συμβάν.* Et isthoc Scaligerianum: Nostra in studiis peregrinatio, sine supernâ luce, miserabilis est erratio. Ecquid, vir eruditissime, differentiam specificam, vel essentialem, suppedita bit accidens, quod contingenter adest in homine & abest: adfuit in statu institutionis, aberit in statu glorificationis? An ita ab ente separabilem essentiam pronuntiabimus?

VIII.

EAdemq; de causâ nec universale quid erit corpus Dominicum: sed singulare, planèque individuum.

Actiones enim & passionēs non sunt nisi individuorum. *Arist.* I. *Metaph.* c. 2. & 3. *Eth.* 3. Siquidem hæc sola per se sic existunt, nihil, à quo sustententur, ut requirant. *Thomas* part. 3. sum. *Angel.* quæst. 4. præterea disputat, *si verbum divinum assumpsisset naturam abstractam secundam*

eundem esse, quod habet in intellectu, futurum, ut in omni hominum natura
 supponeret verbum personalitatem increatam: Atq; ita nulla esset omnino
 persona creata humana natura in aliquo homine. Benavent. lib. 3. dist. 2.
 quaest. 3. Congruam magis fuisse probat naturam assumptionem indivi-
 dualis, quam specificam, ratione Unionis, natura nostra reparationis & as-
 sumptae exaltationis. Quamvis convenientia humanitatis Christi & no-
 strae specifica, rectissime in exclamationem os & stylum solvat
 Tertull. lib. de Carn. Christi: *Secura estote Caro & sanguis, jam enim re-
 gnum in Christo occupastis.* Chrysol. Tom. 3. de ascent. *qua natura est,
 cui Deus dixit, esto meae particeps sedes? Illa natura est, qua auditur, terra
 es & in terram ibi.* Theophylasto Eph. I. *Universe angelice potestati huma-
 na praesidet natura.* Augustino c. 15. *Medit: Est in ipso Christo Jesu Domi-
 no nostro uniuscujusq; nostrum portio, Caro & sanguis. Ubi ergo portio mea
 regnat, ibi & me regnare credo: Ubi caro mea glorificatur ibi gloriosum
 me esse agnosco: ubi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio.*

IX.

Quia natus filius hominis, completam esse à Christo
 assumptam naturam humanam, animam rationali &
 idoneo instrumentorum apparatu instructo corpore
 constantem, conficitur.

*Ariani corpus Christi humanum παντὶ fecerunt ἀψυχον, corpus
 verum in miserum corporis cadaver iniquè transformantes. Apollina-
 ris doctrinae alioqui gloria inclutus; adeò ut Athanasium præ illo ὡς
 πῦρδα κερδῆνας historiae narrent; non nescius, n̄ vis manifesta scriptu-
 ris inferretur, animam Christo adimi non posse, admisit quidem τὸ ἐπι-
 θυμητικὸν & θυμητικὸν: sed τῆς ἡγεμονικῆς spartam vicarià sorte ador-
 nandam τῷ λόγῳ Div. incogitanter demandavit; vel genere, si à λογικῷ
 pariter & ἀλόγῳ τὸ αἰσθητικὸν, ἰχναῖς ἐπινοίας præscindat, quod
 in conceptu fieri animalis debet,posito extra omnem Speciem: Vel
 homine, si participatum τὸ αἰσθητικὸν ab ἀλόγῳ statuatur, converso in
 brutum. Atq; hanc opinionem perquam avidè & obviis ulnis amplexi
 sunt Arriani, quod pro comperto tenerent, multa de Christo secundum
 naturam intelligentem enunciari, quae in Divinitatem minimè gentium
 caderent, ut sic eadem operà & hæc tolleretur v. g. *Profuere sapientia*
Luc. II. Discere quid reprobandum malum, eligendum bonum Esa. VII. vo-
 lunt.*

luntatem obtinere à voluntate Dei patrù distinctam Johan. V. Matth. XXVI. quæ Orthodoxi ut γήσια animæ γησιώς rationalis τεκμήρια jam urgent, Expendi adhæc volumus incommodum, quod anima rationalis defectus in Christo, non potest non inferre. Tantum is redemit, quantum assumpsit; siquidem assumptionis scopus redemptio: Et lege Αμοεβὰ, τὸ ἀπέσληπτον ἀδελφάπτων, ut Nazianz. loquitur. Qui ergo animam saltem vegetativam & sensitivam Christo largiuntur, se quoq; non nisi secundum suam animam sensitivam & vegetativam à Christo redemptos existimabunt, rationali, sede peccati præcipuâ, miseria constantiam nunquam non retinente. Sicuti graviter August. monet de fid. & symb. c. 4. *Cum ista susceptio pro salute nostra gesta sit, cavendum est, ne cum quâ credat aliquid nostrum non pertinere ad istam susceptionem, non pertineat etiam ad salutem.*

X.

Assumpsit vero λόγος humanitatem ita, ut propensionem ejus ad propriam ὑπόστασιν, suæ interventu, impediverit, ipsamq; sibi μονοτρόπως καὶ ἐξαιρέτως reddiderit ἐνυπόστατον.

Ανυπόστατον cum substantiarum nulla sit, certum etiam erit atq; ἐκ τὸς πάσης συρράξεως κείμενον apud universos & singulos, qui Carnem Christi in φάντασμα nudum & ideam, quæ docetarum fanatica fuit φαντασία, vel Chimæram aliquam, ut Lutherus ait in c. LIII. Esa. Convertere nolunt, nec illam subsistentiâ omni carere. Non eadem vero omnium est substantiarum subsistendi ratio. Alia ἀνυπόστατον, alia ἐνυπόστατον. Dispiciendum proinde, quomodo Christi caro subsistat. Sunt qui ἀνυπόστατον illam pronunciant directè, sunt qui obliquè. Obliquè, quia unionem naturarum sola definiunt παρατάσει, naturarumq; negant & idiomatum Κοινωνίαν, Nestoriani. Directè, quia Naturam alteram, sc. Divinam, verbis disertis tollunt, Antitrinitarij. Quorû è censu Photiniani hodie ita disputant:

Secundum quodcunq; qui agit aut patitur, id peculiarem absolvit personam.

Secundum naturam Christi humanam qui agit & patitur. natura

E. Natura Christi humana peculiarem absolvit personam.

Verum tam falsa major, quamquæ falsissima. Subsumere enim de utraq; naturæ

Natura humana essentiali parte, tum corpore, tum anima, licet: Atqui secundum corpus animatum quis agit & patitur; agit qui vulnerat, patitur, qui vulneratur: Secundum animam incorporatam, quis agit & patitur; agit qui docet, patitur qui docetur: Item: Secundum assumptam à Sp. S. speciem columbæ aliquis agit, ascendendo & descendendo. En absurditatem conclus! E, corpus animatum, anima incorporata, species columbæ, est persona. Nos itaq; qui distinctionem pariter naturarum & unitatem personæ suscipimus & veneramur, ob illam quidem ὑπαρξίν propriam, quæ nihil est aliud, quam essentia actuata, seu actus, quo aliquid ponitur extra causarum suatum involucra, vel, ut Schebl. ait lib. II. Metaph. c. 15. extrahitur è nihilo, Humanitati Salvatoris concedendam putamus: ὑπόστασιν verò, modum existendi ultimatū, adeoq; longè restrictiorem, à λόγῳ, cui innititur, communicatam credimus [quanquam discrimen illud inter ὑπαρξίν & ὑπόστασιν Orthodoxorum multi non observent) & conseq λόγον, qui, ante ἀέρωσιν, ὑφίσταμένον fuit simplex, nunc esse σύνθετον: unaq; cum carne suâ secundam S. S. τριάδα personam, unumq; Dei & hominis filium, è præscripto Symboli Apostolici: *Credo in Jesum Christum filium Dei Patris unigenitum, conceptum de Spiritu S. natum ex Maria virgine* &c. ut & Niceni: *Credimus in unum filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante secula, qui incarnatus est de Spiritu S. Nec non Athanasiani. Liter Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus, non confusione substantiæ, sed unitate personæ*: Synodi itidem Ephes. Can. 2. *Si quis non confiteretur carni secundum substantiam unitum Dei Patris verbum, unum esse Christum cum propria carne, eundem sc. Deum & hominem, anachema sit.* Synodi deniq; Constantinopolit. Can. 11. *Si quis non confiteretur Dominum nostrum Jesum Christum, qui crucifixus est carne, Deum esse verum & unum de S. Trinitate, talis anachema sit.* Idq; contra Nestorium, cui alius erat filius Dei, alius Mariæ; & Nestorianizantem, Bezam, cui caro Christi aq; extra Trinitatem collocanda, etiam hypostaticè, ac ad unam omnes aliæ creaturæ, resp. 3, ad Selnecc. p. 275. Vol. 2. Quam fidei necessitatem non ea tantum Oracula nobis imponunt, quæ astruendæ summæ ac independenti Salvatoris Divinitati superius militarunt, sed quæ personæ in super dialυσιν vel διτότητα prohibent, nunc adijcienda, V. g. I. Cor. VIII. 6. *Ἡμῶν εἰς Θεὸς ὁ πατὴρ ἐξ ἑαυτοῦ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, καὶ εἰς Κύ-*

e. 6.

εἰς Ἰησοῦς Χριστός, δι' ἃ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτῶ. Ephes. IV. 5.
 εἰς Κύριον, μία πίστις, ἐν βάπτισμα. 1. Tim. II. 5. εἰς θεός, εἰς καὶ
 μεσότης Θεῶν καὶ ἀνθρώπων, ἀνθρώπου Ἰησοῦς Χριστός, I. Cor. I. 13.
 Οὐ μεμέλει οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς
 cum illud, I. Joh. IV. 3: Πάν πνεῦμα ὃ λέει Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ
 ἐληλυθότα, ἐκ τῶ Θεῶ ἔκ ἐστ. Quamobrem id ipsum prisci avi Hæreticos
 fraudulenter expunxiffe, sed ab Orthodoxis Ecclesiæ Antistibus mox re-
 stitutum refert. Hist. Tripart. l. II. c. 4. Conf. Effatum Ignatii in ep. ad
 Smir. Christum σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς esse unitum Patri. Eustatii
 apud Theodor. Dial. 2. Carnem esse σύνθερον diviniβίμο Spiritui. Am-
 brosii. Non despiciendam carnem humane naturam, qua in S. S. Trinitati
 consortium per Dominum nostrum JESUM Christum ingredi merueris. Ad-
 to etiam, si lubet, Iren. lib. 3. c. 18. Nazianz. ep. I. ad Cleod. August. lib.
 13. de Trin. c. 17. Præsertim Damasc. lib. 3. de Orthod. fid. c. 7. & 10.
 Qui unum dici Christum vel propter ταυτοβελίαν, vel ob operationis
 tantum, aut dignitatis Κοινωνίαν cum Nestorio volunt, sistant examini
 causas, non è cerebri sui commento, sed literarum sacrarum meditul-
 lio, cur τὸ ῥητὸν cum tanta locutionis improprietate commutent, ut pro
 unione ἰδίως sic dictὰ σχετικὴ vel ἐκτικὴ substituat. Obiicit incom-
 municabilitatem personæ, immutabilitatem λόγος. Resp in promptu
 est. Etsi communicari nequeat persona personæ, nil tamen ob stare, quo
 minus in esus consortium, καὶ ἐνωσιν, assumatur natura. Λόγος quoq;
 quamnam patietur mutationem, quod fuit permanendo, & quod
 non fuit assumendo? Ad assumptum quippe pertinet passio, actio ad
 assumptum. Scholasticos offendit terminus personæ compositæ, usurpa-
 tus jam pridem à Nazianz. Ath. & Damasc. quod σύνθεσις ex mutua incli-
 natione duorum ad constitutionem tertij, non nihil imperfectionis se-
 cum afferre videatur. Bonavent. in lib. 3. Sen. dist. 6. quæst. 2. Abs re.
 Quicquid per accidens cum termino quoquam conjunctum est in or-
 dine creaturarum, male eidem admiscetur, cum analogicè, modò emi-
 nentiori, transfertur ad Deum. Martinus Calvin. stupidi acuminis edi-
 turus specimen. contendit communicatam esse carnem personam filii
 Dei: non vero personalitatem; quod communicari personalitas & ὑπότις
 nulli possit naturæ, nisi ipsa in Dei filiū convertatur. Nonne enim hoc est
 positum

posito formato, removere formam; concedere denominatum, negare terminum denominantem? Ut vero à communicatâ formâ non protinus aliquid fit forma ipsa, sed formatum: Ita communicatio personæ non efficit aliquid ipsam personam, sed personatum. *Υἱότητι* Divinam naturæ humanæ communicari ut asseveraret, cui id unquâ Orthodoxorum vel per febrim in mentem venit? Non enim adeo peregrini sunt in rebus hisce hospites, ut *υἱότητι* non personam esse filii Dei, sed personæ *αρχῆν*, ignorent.

XI.

UNio proinde hypostatica male definitur merâ *λόγῳ παρεσῆσει*, utpote sanctis omnibus communi.

Hydræ Lernææ uno atq; altero capite Herculeâ clavâ eliso, subinde succrevisse nova, novo labori fortissimum huncce monstrorum dominorem implicantia, fictis fabulis Poëtæ prodiderunt. Fallor nî solidam istius & expressam effigiem in aliquot seculorum Christomachis antiquitatis annales representent. Superstite adhuc Evangelistâ Johanne, *Ebion & Cerintus* Messiam in Christum, *ψιλὸν ἀνθρώπον*, 30. demum ætatis anno, sub auspiciis Ministerij, ingressum fuisse, miraculorum autorem, indeq; tempore passionis regressum, blasphemavit. Vix desavit stygii oris vesania, cum eandem crambem secuso, recoxit *Samosatenus*, fastu & jactantia turgens, qui unionem Divinitatis cum Christo homine & sanctis aliis, non nisi graduâ discrimine sejunxit. Seculo deinde *s*, alia Furia protrusit *Nestorium*, *Samosateni ἀπόγονον*, negantem alio pacto nascenti Christo homini adfuisse Deum, quàm in auras vitales procedenti Johanni Baptistæ Spiritum S. Quam *φιλοεικίαν* severissimo anathematis fulmine Concil. Ephes. hiatu tellus, erosa prius à vermibus linguâ, si Eyagri credimus, ultum ivit. Conf Trip & Niceph. Cæterum non ovum ovo, lac lacti affinius est, quàm *παρεσῆσει* Nestorianæ attingentia carnis à *λόγῳ* Calviniana & Pontificia, in unico illo Cœli loco, in quo caro existit: Sed eodem domanda verbo veritatis, quo veteres Theologos Spiritus S. armavit, unum nobis in Christo, idq; *ἀδιάλυτον, ὑψιζόμενον* commendans: hoc enim unio illa *παρεσῆσει* & gratiosa, quæ sanctos hâc in vitâ omnes *κοινωνῆς* divinæ naturæ reddit, I. Pet. I. 4. non potest non multiplicare ac divellere, *χωρῆσῆν* videl.

D

videl.

videl. ac μερικῆ, atq; adeo operum multorum ἀκωνωνικῆ. χωριστῆ,
quia homo & peculiare est ἡ φύσις αὐτοῦ, antequam in gratiam apud
Deum reponatur; & manere potest, ubi jam gratiâ divinâ excidit. Omnes
antequam in baptismo Christum & S. S. Trinitatem induamus, sumus
Φύσις τίνα ὀργῆς Ephes. II, 3. Et quam multi inveniuntur, quos obsti-
nata animi malitia, Christo & Sacrà Trinitate, post baptismum exiit,
licet homines esse non desinant? Sicuti Saul non minus verum fuit,
ὄφιστῆ, spiritu seductus malo, quam ductus bono: Cum humani-
tas Christi & in primo statim conceptionis momento, intra comple-
xum λόγος assumpta sit (ἀμα σὰρξ, ἀμα λόγος σὰρξ ἔμφυχτος, λογί-
κη Damasc. lib. 3. c. 2.) & Divinitatem æterno sibi cœdere obstrictam
teneat, regni consors nunquam interituri, Matth. I. nunquam à Δόξῃ
deserenda instar Saulis. II. Sam. VII. μερικῆ quia sic sanctos habitat
Deus, ut ei cohabitaret peccatum, sicuti desemetipso lamentabiles admo-
dum querimonias mittit Apostolus Rom. VI. 18. Οἶδα ὅτι ἐκ οὐκεί ἐν
ἐμοὶ, τρεῖς ἐκ τῆ σαρκὸς μὲ ἀγαθόν: Cum in Christo nulla non pars
humanitatis pleno divinitatis iurare cœriscet. Colos. II, Ἀκωνωνικῆ
deniq; multorum ἐνεργημάτων, quia distincta sunt ἐνεργεῖντα. Unde
iterum Paulus, I. Cor. VII, 10. Τοῖς γερα μηκόσι τῷ θεῷ γέλλω, ἐκ ἐγὼ,
ἀλλ' ὁ κύριος, Galat. II, 20. Ζῶ ἐκ ἐπὶ ἐγὼ, ζῆ δὲ ἐν ἐμοὶ χριστός
Rom. XV, 18. ἐ πολήσω λαλεῖν πρὸς ἐκ τῆ σαρκὸς μου χριστός δι' ἐμῶ, εἰς
ὑπακοῆν ἐθνῶν, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ: Cum in Christo utraq; semper na-
tura agat cum communicatione alterius, quod cujusq; proprium est;
uti Christus eadem actione θεανδρικῆ vivificat mundum Johan. VI,

XII.

Neq; collocanda est vel in συγχύσι Naturarum, vel
Nexæquatione.

Nestorii lapsum ἐν ἁλλείψῃ conspicatus Eutyches, nimium receden-
do ad ὑπεροχὴν, carnem Christi in Divinitatem, vi Unionis, planè ple-
neq; commutatam fuisse atq; absorptam inepti, damnatus eodem quo
vixit

vixit, seculo à Concil. Chalced. ita judicante: *Sequentes igitur sanctos Patres unum eundemq; confitemur filium & Dominum nostrum IESUM Christum: Id unanimes voce omnes docemus eundem perfectum in Deitate: Eundem perfectum in humanitate, Deum verè & hominem verè: Eundem ex anima rationali & corpore; Coessentialem Patri secundum Deitatem: Coessentialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absq; peccato. Ante secula quidem de Patre genitum secundum Deitatem: In novissimè autem diebus eundem propter salutem nostram ex Maria virgine Θεοτόκῳ secundum humanitatem: Unum & eundem Christum filium, Dominum, unigenitum, in duabus naturis, inconfuse, immutabiliter, indivisè, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublatà essentiali naturarum propter unionem, magisq; salvà proprietate utriusq; nature: Et in unam personam & ὑπόστασιν concurrente. Vestigiis tamen Eutychetis postea insisterunt μονοθελήται, distinctionem ita recipientes naturarum, ut unionem distincta reliquisset naturarum ἴδια τῶ πάντῃ negarint, egregià ἀντιφράσσει ἐν πρῶτῳ κελεύσῳ: quàm detexit seculo 6. Synod. Oecum. V. & VI. isto tenore: Omnia duplicia unius ejusdemq; Domini nostri IESU Christi secundum Evangelicam traditionem asserimus, duas ejus naturas predicamus, divinam videl. & humanam, ex quibus & in quibus, etiam post admirabilem atq; inseparabilem unionem, subsistit: Et unamquamq; ejus naturam proprietatem naturalem habere confitemur. Et habere divinam omnia quæ divina sunt, & humanam omnia quæ humana sunt absq; ullo peccato. Monoth. vexillo, ne quid rixis & dissidiis Ecclesiæ deesser, seculo superiori se associavit Svvencfeldius, qui, post glorificationem vel exaltationem, naturam, docuit, humanam divinæ ex æsse adæquatam: ut humanitas Christi, creaturarum numero exempta, in se & secundum se, prorsus & per omnia æqualis sit conditionis, census, æstimationis cum Trinitate: Et si substantiam itidem humanitatis abolitam nolit. Calviniani equidem & quibuscum idem hîc classicum inflant Pontificij, Nestorianæ rei λύσας, omni id agunt nervorum imperu, ut Eutychiæ συγχύσεως aut Svvencfeldianæ coæquationis suspitione *Nostrates* omerent. Sed quo illud jure fiat quæve injuriâ, luce patet meridiana clarig è responso Lutheri ad Svvencfeldii nugas Tom. ult. edit. Jen. p. 174. Dabo HER OIS nostri verba: Mein Vorthe/ lieber Mensch/ du sollt deinen Herrn Caspar Schwencfeld zur antwort sagen/ daß ich von dir den*

D ij

Brieff

Brieff vnd die Büchlin empfangen habe / vnd wolt Gott er höret auff. Denn er hat zuvor in der Schlesiẽ ein Feur angezündet wider das heilige Sacrament/welchs noch nicht geleseth/ vñ auff ihm ewiglich brennen wird. Ober das fährt er zu mit seiner Eurycherey vnd Creaturlicheit/ macht die Kirche irre/ so ihm doch Gott nicht befohlen noch gesand hat. Vnd der vnßinnige Narr/vom Teuffel besessen/verstehet nichts/weis nichte was er lallet. Wil er aber nicht auffhören/so lasse er mich mit seinen Büchlin/die der Teuffel aus ihm speyer vnd schmeißet/ vngeheier/vnd habe im das mein lezt Vertheil vnd Antwort: Incepit Dominus in te Sathan,& sit Spiritus tuus, qui vocavit te, & cursus tuus, quo curris, & omnes, qui participant tibi, Sacramentarii & Eurychiani tecum, & cum vestris blasphemis in perditionem, sicut scriptum est: Currebant & non mittebam eos. Loquebantur & nihil mandavi eis. A qua sententiã Lutheri ne latum se unguem deflectere Noltrates in conventu Schmalcaldico ὁμοθυμαδὸν professi sunt; & Catholicam hanc fidem iisdem etiamnum argumentis communitam dant, quibus ad propugnandam naturã humanã veritatem, aciem instruunt.

XIII.

Perperam itidem pro Unione hypostaticã cum Ἀδύω venditur sustentatio humanitatis & gestatio, quã Ἀδύω omnes omnino creaturæ debent.

Sustentari tantum & gestari à Ἀδύω humanam Christi naturam; cui se ille, ne in nihilum redigatur, supponat, instar fulturæ alicujus, ut firma consistat & ordinata structura, efficientis; sic totus existens in assumptã carne, ut totus etiam sit extra carnem: perinde ac totus est in creaturis cæteris, totus itidem extra illas, nullibi inclusus, nullibi exclusus, hæreticissima est, ut Megalander loquitur Tom. 2. Witteberg. f. 228. Pont & Calv. Opinio, n̄ grandior propemodum Nestorianismo vocanda hæresis. Vid. Zanch. lib. 2. de Nat. Dei c. 6. Pezel. part. 1. obj. p. 177. Wfsin. in Cateches. p. 39. Bergius nespumam in ore agere videatur, mentem contribulum ita explicat. p. 35. Wenn von den vnserigen etwa gesagt wird/das die Gottheit auch außserhalb ihrer angenommenen Menschheit sey/ so hats die meynung nicht/ das sie außser vnd ohne die Menschheit/ als von derselben abgesondert sey/ sondern nur/ das sie also in der Menschheit persöhnlich wohne/ das sie doch zugleich den andern Creatur

ren/

ren / welche auffer der Menschheit seyn / nach ihrem vnendlichen Wesen
 zugegen sey. Hæreticum pariter est quicquid de tali sustentatione fove-
 tur dogmatis, quia negat filium Dei esse hominẽ actu primo : (sicuti Ber-
 gio phrasis est à Sacris literis aliena, vnschriftmässige redens arth/das die
 Menschheit Christi mit der götlichen Persöhmlichkeit / welche ihr persöhm-
 lich zugeeignet / actu primo personali göttlich personet vnd vereiniget
 sey. p. 54.) & Pariter Christum in duo ὑφιστάμενα dissolvit, λόγον fingens
 do alium ἔνοτον, alium ἀσπρον; ἔνοτον in cœlis, ἀσπρον in ter-
 ris, ubi nullum amplius usum præstat, iudicio Gualteri in comment.
 super Johan. suavissimam solatii auram, quã incarnatio Christi nos ad-
 spirat, miseris peccatoribus iniquissimè eripientis. Si ἀσπρον enim in
 terris & ecclesia militante Christus, tantum abest, ut in ipso fiduciam ha-
 beamus atq; accessum in confidentia per fidem eius, quæ tamen perquam
 magnificè celebratur. Ephes. III. 12. Ut maximo nos pavori nunquam
 non involvi oporteat. Deus n. extra Christum θεῶν θρωπον, severissimus
 est iustitiæ vindex, impunitate delicta nulla donans; ignis consumens,
 cuius sustinere vultum nemo valet. Edisserant Antagonistæ, qui ἰλασθή-
 εως in sanguine Christi constitui nobis queat; si sanguis eius tanto à
 nobis removeatur intervallo, quanto Cœlum ultimum distat à terra. Nos
 ex adverso inculcamus, & inculcamus quidem ad ravim usq; & nauseam,
 illud Johanneum : Πάνπνῶμα ὀλύφ χειρὸν ἐκ θεῶν ἔκ ἐστ. Gran-
 dior Nestorianismo hæresis Calviniana meritò censetur; quia talis su-
 stentatio humanitatis Christi, qualem ipsi τῷ λόγῳ committunt, longè
 patet latius, quam unio parasstatica. Extendit se enim ad omnes omnino
 creaturas. Heb. 1, 3. Ac proinde, iusta Calvin. & Pont. hypothesein, singu-
 lariter illam mirabilem, & mirabiliter singularem Unionem hypostati-
 cam, ex universali conditione ac lege creaturarum omnium, assimilabi-
 mus. Nulla erit creatura, quæ propinquitate sui ad λόγον assumptæ car-
 ni cedat. Imò multæ etiam λόγῳ longe propiores erunt. En ἀπόπων
 ἀτοπώτατον h. e. Calvinisticum ἀτοπον. Unde rectissime Leo: Qui fingit
 se Deitatem nudam habere à corpore, anathema sit. Conf. Athanas. Orat.
 2. cont. Arian. Epiphani. Tom. 2. lib. 2. Cyrilli de rect. fid. § 129. Si ex-
 cipiant, ad declarandam Unionis hujus quidditatem & differentiam à
 modis aliis unionis Divinæ cum creaturis, ita naturam Christi huma-
 nam

nam sustentari à Divinà & modificari, ne persona sit propria, nihil dicunt. Siquidem non καὶ ἄρσιν, sed καὶ Ἰησὺν, Mysterii hujus explicacionem, in quantum illud revelatum est, postulamus. Sin sustentari velint carnem, ut ὁρθρον λόγος inseparabile, singularibus donorum habitualium ornamentis dotatum, aliquid dicunt, sed non omne. Et si enim instrumentum tale caro Christi omnino sit, dona quoque ejusmodi neutiquam huic detrahimus: Tamen nec purum putum instrumentum est, nec solis habitualibus & finitis donis acquiescendum. Nam & ista in sanctos cadunt. Nec est ut existimemus, differentiam inter unionem sanctorum cum Deo, & duarum naturarum in Christo collocandam esse in insigni donorum prerogativa, qua sanctos Caro Christi superat. Notum enim axioma: *Magis & minus rem non variant.* Sin asseruerint, sustentari carnem tanquam aliquid, quod unum cum Λόγῳ constituat individuum, monendi sunt serio, ne oris & cordis prodant discordiam; cum constet Calvinianos subsistentiam, à Λόγῳ carni communicatam δις ἀπὸ πριστῶν inficiari, vel si non personæ, naturæ tamen λόγος extra carnem ὑπαρξίν ἀπιφατικῶς asseverare.

XIV

SIta autem revera est formalis hypostaticæ unionis ratio in mutuâ περιχώρησει, Λόγος totius in carne, & carnis totius in Λόγῳ, etsi à Λόγῳ solo factâ.

In S. S. Trinitate, ubi ἄλλο καὶ ἄλλο περιχώρησις datur ἑστώ-
 δης, Patris in filio, filii in patre, Spiritus S in Patre & filio. In Christo, ubi ἄλλο καὶ ἄλλο περιχώρησις ὑπερπικῆ, Λόγος in carne & carnis in Λόγῳ.
 De qua Orig. lib. 4. c. 6. *Anima Christi tota totum λόγον recipit, Et Iren. lib. 3. c. 18. Homo capit & complebitur λόγον. Ἐμφατικωτάτως* Apost. Col. II. 9. *Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πῶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς.*
 tanquam in proprio sc: templo. Olim, sub fœdere antiquo, quæri Deus & invocari, atque aures dare invocantibus volebat in templo Salomonis, vi promissionis: Exod. XX. 24. *In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te & benedicam tibi.* Quâ de causâ rem sacram peracturi Judæi, templo faciem obvertere solebant. Pro N. fœderis templo, extra quod pariter nec quærendus nec invocandus Deus, Dei ficata est caro Christi Joh. II. 19. Veteri illi, ceu typo antitypon, multis parasan-

gia

gis præferenda. Illud extraneum erat, ideoq; tum separationi, tum corruptioni obnoxium: Hoc proprium & consequens inseparabile, tum incorruptibile. In illo manifestabatur gloria Dei ἀνάμειρος: hoc occupat πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος. In illo negabatur Deū verè habitare: I. Reg. VIII. 27. Hoc inhabitat σωματικῶς h. e. ὑποστατικῶς (ita enim adverbium hoc rectius vertitur, juxta significationem εἰδικήν, quam juxta γενικήν, per τὸ ὄντως à Photinianis; quoniam σῶμα, quod hīc habemus, non saltem tale est in sensu latiori, pro ut opponitur typo ac figuræ, verum etiam in strictiori, quando idem notat quod ὑπὸστασις) ut nūspiam sit λόγος absq; carne, nūspiam caro absq; λόγῳ. Vnde Ignatius ep. ad Tral. Maria genuit corpus habens filium Dei ἐνίκον: & Just. Assumptum templum splendorem totius luminis solis justitia capit. Apage vero cuncta Φρονήματα σαρκὸς vel de extensione, expansione, diffusione, dilatatione carnis per infinita locorū spatia: vel de inelusione & coarctatione λόγου, seu infinite molis, intra exiguos carnis cancellos, quarum utramq; Orthodoxis imputare Calviniani pudori non habent: Licet ij Mysterium hoc Unionis personalis ὁμολογεύμενος μέρα, ἀνεκφράσσεν, ἀνεκφώνητον, ἀνεκδιήγητον, ὑπὲρ νῦν, ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν καὶ πείρας φύσεως constanter venerentur. Quamobrem nequicquam terrentur autoritate Patrum: Augustini, Hieronymi, Athanasij, Greg. Nyss. Ambrosij, quibuscum loco Deum contineri, concludi carne, illi ipsi negant; duriusculè insuper à Patribus dicta, veluti cum Nazianz. & Theodoretus Christum dicit σῶμα περιεχραπτον commodà explicatione non illubenter mitigantes. Consona ex adverso sententiæ nostræ antiquitatis suffragia bene multa extant. Seculo 3. Origenes de princip lib. 2. c. 6. Anima Christi tota totum λόγον recipiens, atq; in ejus lucem splendoremq; sedens, hoc mediante verbum caro factum est. Seculo 5. Cyrillus lib. 4. in Joh. han. c. 12. Totus (λόγος) toti (carni) ineffabili modo Unionis conjunctus, vivificantem eam efficit. Et lib. 12. in Joh. c. 32. In singulos partibiliter transiens unigenitus & animam atq; corpus eorum per carnem suam sanctificans imparibiliter atq; integrè in omnibus est, cum unus ubiq; sit nullo modo divisus. Fulgenius lib: 1 ad Trasimund Homo totam in se habet substantiam Deitatis. Seculo 8. Damasc. lib. 3. c. 6. Incarnatione Dei verbi dicimus omnem & perfectam naturam divinitatis in unâ ὑποστάσει (Trinitate).

nitatū) unitas esse omni (toti) humana natura, & non partem partē,
Et cap. 2. lib. ejusd. λόγος σαρκὶ ἐψυχωμένη καὶ ἐν αὐτῷ τὸ εἶναι λα-
χέσθαι ἐνωθεὶς καὶ ὑπέρσσειν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀναλλοιώτως,
ἀδιαιρέτως καὶ ἀδιασώτως Seculo 10 Theophyl. in c. Johan. 19 Cum cor-
pore per suam carnem unigenitus & in tege in omnibus est existens ubiq̃.
Seculo 12. Bernhardus in Serm. de Cæna. Tu Domine integer sedes ad
dexteram Patris, qui etiam unius hora momento ab ortu solis usq̃ ad occa-
sum, ab aquilone usq̃ ad austrum præsto es omnibus, unus in multis, idem in
diversis locū. Hugo Cardinalis: Corpus Christi hæc habet dignitatem ex
natura Unionis cum divinitate, ut simul sit in multū locū. Lutherus in Con-
fess. Major: de Cæn. Ubi Deum esse dixeris, eodem etiam humanitatem te
collocare [terminos hujusmodi licet ad ὑπέρσσειν τῶ λόγῳ locorum διαστή-
ματα nulla pertingant, ob aliorum defectum, necessitas nobis ex-
torquet] oportet: neq̃ enim se patiuntur separari aut ab invicem divelli.
Quam confessionem contra Suermeros Tom. 6. per omnia approba-
tam & confirmatam vult, wie sic: da stehet gedruckt vñnd ausgangen ist/
von Wort zu Wort. Et si de negotio Cænæ, vel Sacramentali præ-
sentia in Cæna (hujus enim sedem] & normam unicum verba insti-
tutionis complectuntur) ex ubiuitate disputari noluerit: Nec cavil-
landi ansam adversarij arripere, confictam esse omnipræsentiam,
quam odioso ubiuitatis nomine traducunt, in tutelam dogmatis de Sa-
crâ Cænâ. Sicuti Bergius p. 29. ad quæst. 26. Er ist erstanden aus dem
Serete vom H. Abendmahl in dem sie aus der lehre von der Person
Christi beweisen wollen / daß der Leib Christi / nicht allein zugleich
an vielen / sondern auch an allen Orten zugegen sey. Ita Titius
quod fecit, ejus in culpam Mevius substituitur. Calvinianos fuisse no-
tum, & qui litem primūm Sacramentariam Orthodoxis moverint, &
aliam ex aliâ serere hucusq̃ perrexerint, Triumphum sibi sponden-
tes insignem in triumpho ascensionis Dominicæ. Ubi Nolstrates pro-
fecto decuit, iteratâ capitū hujus Doctrinæ Christi, explicatione, luculen-
ter demonstrare, quam ineptè canerent ἐπιπίκτιον πρὸς τὴν νίκην; & quo-
modo argumenti hujus telum, si liberet, liceret retorquere in Antago-
nistas, suo ipsorum gladio jugulandos: siquidem ea ratione Christus
ascenderit ad cælos, ut è vestigio confederit ad omnipræsentem dexte-
ram Dei. Unde tamen solam præsentia Sacramentalis possibilitatem,
non

non actum ipsum, inferunt. Objicis Corpus Christi fasciis involutum Bethlehemi, non fuisse in aula Imperatoris Augusti. Cave confundas præsentiam carnis ad λόγον & ad creaturas cæteras, cujus qui nescit immensum discrimen, Lutheri jussu, poma torreat; vel actum naturalem cum personali, cujus respectu Christo homini omnia locorum διαστήματα subjecta sunt. Scitè August. ep. 57. *Deus ubicunq; est in se ipso totus est, sed illi, in quibus habitat, eum non ex toto capiunt, sed ab aliis plus ab aliis minus capitur. De ipso vero capite nostro Apost. ait: In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatù corporaliter.* Facta tamen est *περιχώρησις* à λόγῳ solo; Causa enim *περιχώρησεως* efficiens & assumptionis, vel Unionitionis, coincidit. Istam vero λόγῳ solus præbet, instar ἐντελεχείας, carne, instar δυνάμεως, merè παθητικῶς, hoc in negotio se habente. Addimus præterea perpetuam esse *περιχώρησιν*, adversus hæresin Apellis: Christum sub ascensionem corpus suum abjecisse, in quatuor elementa dissolutum. Idem enita corpus, quod nube subductum, oculis discipuli insecuti sunt, rediturum esse ad judicium; nosq; illi in nubibus fufum iri obviam, πάντοτε apud Dominum permansuros, rotunda est Scripturæ assertio Act. I, 11. I. Theff. IV. 17.

XV,

Decларare Mysterium hoc nullo aptius simili factum est, quam animati corporis, & Igniti ferri.

Similitudine priori utitur in Symbolo suo B. Athanasius. *Sicut anima, inquit, rationalis & caro est unus homo: ita Deus & homo est unus Christus.* Posteriorem antiquitas hausit ex Apocal. I. 15. Ubi Christi pedes speciem æris candentis præ se ferunt Occurrit nimirum utrobiq; vivum Unionis adæquatæ mutæq; *περιχώρησεως* exemplum. Adæquatè ac totaliter unitur ignis ignito ferro, cujus nempe in poros singulos intimè se illatebravit, & igni vicissim ferrum: Anima animato corpori, & corpus animæ. Mutua est permeatio ignis in ferro, & ferri in igne: Animæ in corpore, & corporis in anima. Ac sicuti efficitur permeatio à λόγῳ solo, tantùm recipitur in humanitate: Ita animæ solius permeare corpus, permeari coporis: Permeat ignis ferrum, & ferrum permeatur ab igne. Adhibent etiam simile hoc Calviniani, verum alio fine, non ad declarandam mutuam *περιχώρησιν*; sed ad probandam constitutio-

E

nem

nem alicujus tertii, à partibus constitutivis realiter diversi. Ὁμοία λέ-
 γονται ἀνόμοια φρονέουσι. Meminisse autem debebant simile nil pro-
 bare, sed quod probatum antea saltem illustrare. Ac probationem qui-
 dem Orthodoxias suæ Nostrates talem offerunt, quam insultus adver-
 sariorum universos facili negotio sustenturam esse non speramus, sed
 confidimus. Cedò jam scripturam Calvinianis suffragantem. Tertium
 illud, quod ex unione animæ & corporis resultat, ens completum, nec
 corpus est nec anima, Arist. 2. de anim. 1. 2. 7. Metaphys. 9. 3. In Christo
 autem quoniam natura utraq; completa satis in se ac perfecta est, ad rei
 alterius constitutionem essentialem neutra dirigitur; indeq; Christus
 simul & Deus est & homo: Idem, qui è patribus natus est, secundum
 carnem, Deus est benedictus in secula, Rom. IX. ὡν ἐξ ἐπέρων ἐπερον,
 ἀλλ' ἐξ ἐπέρων αὐτῶν Damasc. lib. 3. c. 5. Atq; hoc est quod *Justini* vult
 pronunciatum: Ἀρμόδιον ὡρῶδειγμα ἔκ' ἐπὶ πάντων, κατὰ τι γέν, Et
 πολυθρύλλητον: Simile non est idem. Omnis similitudo claudicat.
 Antequam hinc abeamus, non possumus quin illud expendendum Cal-
 vinianis animoq; altiori recolligendum proponamus. Cum magni in-
 ter illos nominis *Keckerm.* Syst. phys. lib. 3. vix explicabilem fateatur
 unionem physicam animæ & corporis. An deceat hyperphysicos reli-
 gionis agros rationis humanæ decempedà ita metiri, ut, quia modus
 hujus tanti *Mysterii*, Unionis adeo quædam in se ἰσὺν & ταύτων, ad regu-
 las Geometricas non quadrat, rem inficiemur ipsam, in literis sacris pa-
 tefactam? Cujus quidem rei indignitate motus *Keckerm.* Syst. Log. lib. I.
 c. 5. In hoc, ait, *Mysteriorum mysterio sobrià religione omnia cogitanda,
 loquenda, composito intellectu ad patefactionis divina obedientiam.* Ut
 nam modò ὡρῶεισιν suam praxi etiam expressisset!

XVI.

Quicquid autem similitudinis vel à furculo fumit ut
 arbori insito, vel annulo manum ambiente, vel
 Antverpia circumfluente Oceano, vel subjecto & accid.
 huc adeo non quadrat.

Similitudo insiti furculi vehementer aridet Adversariis, ut scilicet
 Nestorianum illud *extrà*, quacunq; possunt, ratione instillent incautis
 atq; persuadeant. Quos autem dexteritate debità & defendere juvat &
 expli,

explicare Orthodoxum *intra*, simile hoc non magni faciunt. Est enim Unio arboris & infiti furculi partialis duntaxat, & admodum inadæquata, in unico nimirum loco, ubi furculus infigitur. Quamobrem nec *ἁγιωσύνη* mutua, neq; communionem operum infert. Unionis vero istius exemplum, quod annulus alit cum digito, Oceanus cum Antverpia, pes cum capite &c. huc qui citat, cum nihil hic videre sit præter externam *ἁγιωσύνη*, distractionem plusquam Nestorianam prodit. Accidentia deniq; intra subjectorum quidem hærent complexum, verum nec ita humanitas inhæret divinitati, ut subjecto accidens: nec divinitas ita informatur ab humanitate, ut ab accidente subjectum. Taceo quod ex unione subjecti & accidentis neq; resultet unum per se, sed per accidens.

XVII.

Fundamentum Unionis Hypostaticæ Remotum, imensa suppeditat *Φιλανθρωπίας* Divinæ inclinatio; Propinquum, promptissima filii Dei missio; Proximum, arctissima Naturæ humanæ susceptio.

Dei illa Clasticum agit Salvat. Dictū Joh. III. 16. *Sic Deus dilexit mundū*, &c. nec non Paul. Rom. V. 8. *Commendat autem Charitatem suam Deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Tit. III. 4. *Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei non ex operibus.* &c. De ista legitur Rom. VIII. 32. *Qui (DEUS) etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum* Gal. IV. 4. *At ubi venit plenitudo temporū misit Deus filium suum factum sub lege.* De hac Heb. II. *Nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahæ apprehendit.* Pborinia: *νοῦν Φλυαείας*: verbum *ἐπιλαμβάνειν* idē notare, quod porrecta auxiliatrici dextrā necessitatem alicujus sublevare, ut Luc. 1. 34. *ἀντιλάβετο Ἰσααὴλ πειρᾶς αὐτῆς*: Et Heb. VIII. 9. *Non secundum testamentum quod feci Patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti*: Nec poni hic in præterito, sed in præfenti: Nomen *σπέρματ* *ἁληθινὸν* esse, non singulare, ac totam notare Abrahami progeniem; Osterod. in *Instit. Germ.* c. 8. p. 105. *Ca. zeches. Racov. major* p. 114. *Enjedinus explicat.* loc. V. & N. T. p. 197. nihilo plus moramur, quam folia farsari. Etenim cum *τὸ ἐπιλαμβάνειν*

re *ay* significatione generali idem designet, quod apprehendere aliquid & assumere, tum quomodo hinc quidem apprehensio vel assumptio facta fuerit, specialius indigitatur & manifeste satis v. 14. *Quia ergo pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse similiter participavit eundem.* Tempus autem præsens cum præterito, vel contrario itinere præteritum cum præsentem, familiarissimâ Spiritui S. enallage, ad indigitandam rei certitudinem, permutari quotumquemq; latet? *Σπέρματ* & voce unicum omnino designari individuum, testem laudamus omni exceptione majorem Paulum Gal. II. 16. *Abraha dictæ sunt promissiones: Et semini ejus. Non dicit & seminibus quasi in multi, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus.*

XVIII.

Finis, (prout hinc unus alium excipit) proximus est peccatorum expiatio: Propinquus, Majestatis Divinæ reconciliatio: Remotus, hostium spiritualium; Mortis, inferni, Diaboli, superatio: Remotissimus, salutis humanæ instauratio.

Finis $\bar{\omega}$ Incarnationis unicus est, homo, de quo Luc. II. II. *Natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David.* Esa. IX 6. *Parvulus natus est nobis & filius datus est nobis.* Rom. VIII. 32 *Deus proprium filium pro nobis omnibus tradidit.* Finis $\bar{\omega}$ multiplex, legitima tamen subordinatione. Proximum testatum Script. reddit II. Cor. V. 21. *Eum qui non novèrat peccatum, Deus pro nobis peccatum fecit, ut nos efficiemur justitia Dei in ipso.* Esa. LIII. 6. *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Ansel. in lib. cur Deus homoc. 7. *Satisfactionem facere non potest, nisi sit verus Deus, nec debet, nisi sit verus homo: Si homo tantum est, non faciet, quia non poterit: Si Deus tantum non faciet, quia non debuit.* Propinquum II. Cor. V. 19. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum.* Rom. III. 25 *Quem [Christum] proposuit Deus ἰλασθῆναι per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem vitæ ipsius.* Iren. lib. III. 20. *Oportuerat mediatorem Dei & hominum per suam ad utrosq; οὐκείωτην ad amicitiam ad concordiam utrosq; reducere, facere*

esse ut Deus assumeret hominem, & homo se dederet Deo. Quare remotū, etiam
 pharam mortem. Rom. V. 17. Si in unius delicto mors regnavit per unum,
 multo magis abundantiam gratia & donationis & iustitia accipientes, in
 vita regnabunt per unum JESUM Christum. Ignat. in ep. ad Philip. ὁ λό-
 γος αἰετῶς ἐγένετο, ὁ ἀσώματος ἐν σώματι, ὁ ἀθάνατος ἐν θνήσκοντι σώ-
 ματι, ἡ ζωὴ ἐν φθορᾷ, ὅπως θανάτου καὶ φθορᾶς ἐλευθερώσῃ ἡμᾶς.
 Destructum infernum Ose. XIII. 14. Et I. Cor. XV. 55. Ero mors tua ὁ mors,
 mors tua erit inferne. Apocal. I. 18. Ego habeo claves mortis & inferni.
 Fulgent. lib. 3. ad Tull. mund. Homo à Deo susceptus descendit, quo homo
 separatus à Deo peccati merito ceciderat i. e. ad infernum, ubi solebat pec-
 catorum anima torqueri, & ad sepulchrum, ubi consueverat peccatorum
 caro corrumpi. Sic tamen ut nec Christi caro in sepulchro corrumpere-
 tur, nec inferni doloribus anima torqueretur. Victum Diabolum Heb. II. 14. Ut
 per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, I. Joh. III. 8.
 In hoc apparuit filius Dei, ut dissolvat opera Diaboli. Bas. in Psal. XLVII.
 Deus, homine victo, non nisi per hominem vinci voluit tyrannum: Neque
 eripuit hominem: Sed pretium pro captivo exsolvit infinitum, sanguinem
 omnium pretio superieorem. Remotissimum Johan. III. 16. Ille omnis qui
 credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. I. Johan. VI. 9. In hoc
 apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum misit Deus in mundum,
 ut vivamus per eum. Bernhard. serm. in vigil. Nativit. Ex Deo & homine
 κατὰ πλάσμα confectum est, quod sanat omnes infirmitates nostras. He
 due species commixtae sunt in utero virginis, contusa in passione. Ineptè
 Scholastici docent, ut Alexand. Hallensis. Albertus M. Scotus. Assumptio-
 nis fuisse Christum naturam humanam, ut homo in statu integri-
 tatis perseverasset, ad aperiendam nempe bonitatem Divinam; cujus
 tamen amplitudinem jam prima statim hominis efformatio abundè
 locuta fuerat. Ineptius decretum de mittendo filio antecessisse prævi-
 sionem lapsus humani, probare conantur ex Heb. I. 6. Et cum iterum
 introducit primogenitum in orbem terra, dicit & adorent eum omnes An-
 geli Dei. Ubi ne quidē se offert, quod prioritatem illam arguat. In-
 ceptissimè ratione decreti hujus Christum, contendunt, appellari sapien-
 tiam (quæ Prov. 8. se in initio à Deo possessam fuisse affirmat) πρώτου-
 τοκον πάσης κτίσεως Colos. I. 15. Quæ de Divina agunt Christi natura ob
 tortâ gulâ ad humanam detorquentes. Curiosioreν συζήτησιν quam
 utilio.

utiliorem; an alio etiam pacto, quàm missione filii, redimere Deus genus
humanum potuisset? ne potentiam Dei vel sapientiam intra certos co-
hibendo cancellos atq; limites, ὡς τὸ μέτρον h. e. ὁ μέτρον τῆς φρονέειν
videamur, & scrutari potius, quid præstare Deus valuerit, quam quid vo-
luerit, sicco pede præterimus. August. lib. 3. de Trin. c. 10. Non alium
quidem modum possibilem Deo defuisse, cujus potestati cuncta æqua-
liter subjacent: Sed sananda nostra miseria convenientiorem
alium modum non fuisse, neq; esse
potuisse.





